 mēse allegorice. **P**lena at ele
 uatio et pūa cōtemplatio: i mēte
 mirā et dulcē generat delecta
 tionē et refectōne. **D**e hoc di
 cit bñs gregori sup ezechiele.
Cōtemplatio amabilis valde
 dulcedo ē. q sup seipsā aīam ca
 pit: celestia aperit: trena at de
 bē eē cōceptū ostendit: et qdā
 aīa specular vnde refecta pfi
 ciat: et postmodū ad visionis

gloriā ptingat. **H**ec gregori.
Et cōsiderādū q sūt nōnulli q
 amat sciam et sapiam nō ut ha
 beat eā i vita vl in moribz:
 s ut p eā vanā gloriā acquirat.
De hoc dicit bñs augusti. **A**
 mat aliq vba sapie. ut habeat
 ea in doctna et nō in vita: nō
 ut p mores eā augetat s ianē
 gloriā acquirat: et sic vñs illius
 inflati. ab ea s sunt magis a
 lieni. **H**ec augusti. **D**e sciētia
 etiā bona et mala sic dicit bñs
 bernard. **S**ūt ei quidā q volūt
 scire ut sciāt. et turpis curio
 sitas ē: quidā ut sciāt. et turpis
 vanitas ē. **Q**uidā ut sciētiā
 vendāt: et turpis questus ē. **Q**ui
 dā ut edificēt et caritas ē: qdā
 ut edificēt et prudētia ē. **H**ec
 bernard. **E**t notādū q plures
 habētes sciam salutis minore
 saluat: et nōnulli habētes sci
 entia maiore pereūt et dāp
 nant. **Uñ** felices sūt. quibz scia
 quecūqz siue sit extior siue spi
 ritualis. ē scala ascensōis ad vi
 tā etnam: et nō ruina deiec
 tionis. **D**e hoc dicit richard
 de sō victore. **V**ere salutis
 sciam alij habēt maiore. alij
 minore: et atigit sepe saluati
 eos q habēt minore. et perie
 eos qui habēt maiore. **M**ag
 nitudo nāqz scie quibusdā est
 fomes supbie: et coipo causa
 ruine. **U**nde felices sūt quibz
 extior scia fit scala ascensōis:
 nō ruina deiectionis. **F**elices q
 bus scia illa q inflat nō ē ad

inflatione: s; ad inflammatione
ei q edificat. Hec richardus.
Sic igit patet de dono sciencie.
De dono fortitudinis. filij. Ca^m.

Postij edoctus su. x.
de dono sciencie: nunc
de quarto dono qd
sequitur desidero informari.

Sic debet. **Pater. C**
q qrtu donu sps sci
est donu fortitudinis:
et sequit imediate donu sciencie.
Et anselm^{us} sic dicit ondit.
Sps scs donu fortitudinis sup
imponit dono sciencie. Cuius inacio
e. Ea du mes pauca timet
sibiq dono pietatis spacies
et quid ia age debeat sciens:
oportet ut dono sps sci sci sit for
tis ad opandu que didicit: et
quibz se saluari posse confidit
Quia sicut hugo dicit. pfm
no facit agnicio vitatis i me
te: nisi subsequatur habitus vtru
tis i opaco. Ideo fortitudinis do
nu sequit donu sciencie. Et no
tandu q aia disponit ad sus
cipiendu donu fortitudinis p ta.
Primo p iexpugnabile fidei
scutu: quo scuto munitur bel
latores xpi ut possit vince
mundu et dyabolu et oia vi
cia: et p cseques puenire ad
regnu dei. Hii sunt q scdm dic
tu apli ad hebreos vndecimo.
p fide vicerunt regna: opati
sunt iusticia. adepti sunt re
pmissioes: dualuerunt de ifir
mitate. fortes facti sut i bello.
Itē dicit ad ephesios sexto. In

oibus scuti fidei sumetes: ut pos
sitis oia tela nequissimi ignea ex
trigue. Et hoc sic maxie p veri
tate fidei: cuius fortitudo supat
oem fortitudinem. Unde etiam
apulus petrus hortat nos ad re
sistendu dyabolo p fidei virtutem
sic dicit. Sobrii estote et vigila
te: q aduersarius vr dyabolus
tanq leo rugies cūit qres que
deuoret: cui resistite fortes in
fide. Quia ei mediate fortitu
do illabit aie. Vn dicit scdo
palipomenon xij caplo. Vcl
dnu replatur vniūsam tra: et
pbet fortitudinem hys q pfecto
corde credut in eu. Scdo dispo
nit aia ad suscipiendu donum
fortitudinis: p ineffabile spei sola
ciu. De hoc dicit ysaię xl ca.
Qui sperat in dno mutabit
fortitudinem: assumet penas
ut aquile: curret et no labda
bit: ambulabit et no deficiet.
Hec at spes debet habere sile
tiu. dicente ysaię. In silencio
et i spe erit fortitudo vestra.
Magnā namq fortitudinem
dat deus sperantibz i se. Vnde
dicit ysaię xl. Qui dat lap
so virtute. et hys q no sut forti
tudine et robur multiplicat.
id e hys q nichil se reputant
s; deū. Et ideo ho nullomō
speret i se: s; i deo tantu. Ter
tio disponit aia ad suscipiendu
donu fortitudinis: p iextin
guibile caritatis icendium.
Vn dicit bts augustin^{us}. For
tudo e amor: q fortis e ut

mors dilectio: oia ppe deū facile
 pferēs. Nā iusti viri fortitē ra
 dicati in amore dei adūsa queq;
 patientē & libentē sustinet: dicē
 tes cū aplo paulo. Quis nos se
 parabit a caritate xpi: Tribu
 latio an angustia an fames?
 an nuditas an piculu an gla
 dius: Certū sū qā neq; mors
 neq; vita & cetā: poterit nos
 separe a caritate dei q̄ est in
 xpo ihesu dño nro. Saedū ea
 ā q̄ donū fortitudis dat fidelibus
 ppe tna. Primo dat ad pfi
 cēdū opacōes viriles. Nā do
 nū fortitudis dē oia vicia de
 certat: et ornāmēta virtutū
 i hōibz cōseruat. De hac bts am
 brosius sic dicit. Nō mediocris
 vītus ai est fortitudo: q̄ sola de
 fendit ornāmēta vītutū oim.
 et iusticiā custodit: et q̄ iexpug
 nabili plio adūsa oia vicia de
 certat: iuncta ad labores. fortis
 ad picula. rigidior adūsus vo
 luptates: auariciā fugat. que
 vītutē effemiat et mentē ob
 tenebrat. Hec abrosius. Sēdo
 dat donū fortitudis ad pster
 nedas aereas pītates: scilicet
 ad fortitē pugnadū. Vñ dicit
 pma epla iohis pmo. Sc̄bo
 vobis iuvenes qm̄ fortes es
 tis et vbu dei i vobis manz:
 et vastis malignū. Signū ē
 fortitudis: qn̄ homo pstermit
 adūsatū suū. Debet ergo
 quilibet virilitē resistē malig
 no spū. ne pualet. Ad hoc
 hortat iacobz q̄nto caplo sic

dicēs. Resistite dyabolo: et
 fugiet a vobis. Tertio dat
 donū fortitudis ad toleran
 das mūdi t̄bulacōes. Ipsa
 nāq; fortitudo generat paciē
 tiā: p quā hōmes viciūt adū
 sa non repugnādo s̄ suffēn
 do. De hoc cassian⁹ sic dicit.
 Paciencia viciūt adūsa nō col
 luctādo s̄ suffēndo: nō mur
 murādo s̄ grās agēdo. Ipsa
 ē q̄ facēs totiq; voluptatis abstē
 git: ipsa ē que lipidissimas ai
 mas deo iddit. Hec cassianus.
 Vnde iusti viri p donū forti
 tudis nec pspis extolluntur
 nec adūsis frangūt: qā spē
 in dño habentes i suis tribu
 lacōibz ab ipō non deliquit:
 et sicut i electis t̄bulatio opa
 tur paciām. et spem future
 glorie. sic i reprobis t̄bulatio
 parit despationē. Ita zme
 morat beatus bñard⁹ sic dicit.
 Iustus nec laude extollit nē
 vitupacōe frangit: nō diuiti
 is timet. nō afundit paup
 tate: et lecta cōtēpnit & t̄stia.
 Sicut ei sc̄s et electis tribu
 latio opat paciētiā. paciētiā
 p̄bationē p̄batio at spem.
 spes at non afundit: sic cō
 t̄natio dāpnādis & reprobis
 tribulatio opat pusillanitiā
 tē pusillanitas turbationē.
 turbatio despationē: despa
 tio at interimit. Hec bñard⁹.

H Et sic patet de dono
 fortitudis. De dono
 abita silij Ca. xi. filij.

iformatione de dono fortitudinis.
nunc de quinto dono quod sequitur

cupio edoceri. **Pater.**

Debes scire quod quintum
donum spiritus sancti est do-
num consilii: et sequitur immediate do-
num fortitudinis. Unde dicit augustinus.
Post donum fortitudinis
spiritus sanctus donum consilii superedificat.
quod cum iam mens est fortis ad o-
perandum que pie timedo sat
esse facienda: sui exprimeret di-
cat ex spiritu sancto quid de his
omnibus consilium debeat. Ex quo con-
cludit: quod donum fortitudinis se-
quitur immediate donum consilii.
Est autem donum consilii habitus a
deo infusus: quo secundum consilium
saliter spiritus sancti mouemur ad ope-
rationes bonas. Est etiam consilium
put dicit damascenus appeti-
tus inquisitus: ratione directus
de his que sunt facienda et non
facienda. Sciendum autem quod triplex
est consilium. Est enim consilium quo e-
rudimur ad discernendum: quo sub-
leuamur ad eligendum: quo ex-
pedimur ad prosequendum. Primum
est consilium quo erudimur ad dis-
cernendum: quod licet et decet ad
dictam rationem recte. Unde di-
cit puerorum vii. Ego sapi-
entiam habito in consilio. In quo e-
ruditur homo ad discernendum
quod est utile decet et licitum.
Primo enim oportet videre an li-
cet: secundo an decet: tertio an
expediat. Multa enim licet: sed
non omnia expediunt: secundum apostolum.
Secundo est consilium quo subleuamur

ad eligendum quod licet decet et expe-
dit ad anime salutem. De hoc dicit
ecclesiasticus xl. Aurum et argentum
constituet pedem: et super utrumque con-
siliium beneplacitum. Aurum est scientia
sacre scripture: argentum vero philo-
sophia. Pedes ergo stabilitur
super documenta istius et illius: sed su-
per omnia consilium beneplacitum: quod est u-
tulus qui in moribus certior omni arte:
et ideo est super aurum et argentum.
Tertio est consilium quo expedimur ad
prosequendum quod licet decet et expe-
dit ad operationem uirtuosa. De
hoc dicit iudith x. Deus patris
nostri tibi gratiam det: et omne
consilium tuum sua uirtute coruobor-
ret. Et psalmista dicit. Tribu-
at tibi secundum cor tuum: et omne con-
siliium tuum confirmet. Vbi propheta
iprecatur fidelibus dona sancti spiritus:
ut consilia sana et ad anime salu-
tem spectantia valeant adimplere.
Et notandum quod oportet ut homo
sciat eligere bonum consiliarium.
De electione uero boni consilii.
dicit ecclesiasticus vii. Multiplica
fida sit tibi: et consiliarius sit ti-
bi unus de mille: qui est christus.
Unde dicit ysaias ix. Vocabit
nomen eius admirabilis. Consilia-
rius. Iste sumus consiliarius ha-
bet consiliarios principaliter apos-
tolos: inter quos paulus dicit.
Beatorum autem erit si sic per-
miserint secundum meum consilium. scilicet
custodiendo castitatem: quod hoc
est secundum deum. Unde sequitur. Puto
autem quod ego spiritum dei habeam.
Et sic patet quod nichil consiliuit:

nisi qd vidit in xpo. Vñ idē a
 postol⁹ ad corinthios dicit. Satis
 grāa dñi nr̄i ihesu xpi. qm̄
 ppt' nos egenus fact⁹ ē cū es
 set diues: ut ei⁹ iōpne diuite⁹
 vos effetis: et i hoc cōsilū dō.
 ut videlicet ei⁹ paupertate imi
 tamū. scz in castitate i hūilita
 te ⁊ paupertate. Due sūt etiā
 gelica cōsilia. q̄ etiā cōfirmata
 sūt p aplos ⁊ scōs. Debem⁹
 ergo obedire cōsilijs ac p̄cep
 tis nr̄i redēptoris. ut vitam
 aie nr̄e iuenire valeamus.
 Vñ dicit p̄brioz iij. Custodi
 lege mea atq; cōsilū meū:
 et erit vita aie tue. Nōtat
 etiā nos dñs p sapiētē ut
 ei⁹ cōsilū suscipiam⁹ ac etiā
 seruem⁹: sic dicit eccl̄ia iij.
 Fili audi ⁊ accipe cōsilū meū:
 et ne abicias illud. Ac si dicat.
 Fili iquit audi cōsilū meū qñ
 tū ad intellectū: accipe qñtū
 ad affectū: et ne abicias qñ
 tū ad effectū. ut dicas cum
 psalmista. Mane astabo ti
 bi ad cōsilia tua sollicitate in
 quireda: et videbo veracit
 intelligedo. et ex hys qd tibi
 placeat vel displiceat fide
 ter exequedo. In hys at mē
 tibz q̄ p̄ceptis et cōsilijs dñi
 as sic p̄mptē obediūt: facta
 tñitas solet libentē i habitāe.
 et dilatat illas visitare. Vñ
 ipē dñs dicit ioh̄is ix. Qui
 diligit me sermōnē meū ser
 uabit: et pater meus diligit
 eū: et adueniet et māsiōnē
 eū.

apud eū faciem⁹. Veniet ad nos
 pater visitādo mēoriā: ⁊ exi
 tādō ad opandū. Veniet ad nos
 v̄bū p̄ris visitādo itelligen
 tiā ad clare itēplandū. Veniet
 ad nos sp̄s sc̄s volūtate itē
 mando ad dilatat amandum.
 Māsiōnē at facit apud
 nos. Cui⁹ ratiōnē assignat g
 gori⁹ i omelia dicit. In quo
 rūdā corda venit dñs ⁊ mā
 siōnē nō facit: q̄a sic deū re
 capiūt ut tñ tpe tēptaciōis
 ab eo recedat. In quorūdam
 vō corda venit et māsiōnē
 facit: q̄ sic eos amor diuini
 penetrat: ut etiā tpe tēptaci
 onis ab amore ei⁹ nō recedat.
 Ille ei⁹ v̄e deū amat: cui⁹
 mentē delectaciō p̄ua ex cō
 sensu nō superat. Qui at in
 caritate manet: et deus i eo.
 De hac māsiōne dicit p̄brioz
 octauo. Delectat mee eē cū fili
 is hōim. Delectat ei⁹ dñs habi
 tare in cordibz sua cōsilia ac p̄
 cepta obseruātibz. Scz cōsiderā
 dū q̄ sūt nōnulli q̄ p̄p̄riū cōsili
 ū sequūt qui sibi sapiētēs eē
 vident: sequētēs sūū errorem.
 nec volentes accēscē cōsilijs a
 lioz. Hij tales sūt vanitate
 tumētēs sibi placētēs: ⁊ i ocul
 sus magni. Quis b̄ns b̄nard⁹
 in quodā sermōne replēdit
 sic dicit. Lepra p̄p̄riū cōsiliū eo
 p̄niciosior ē quo magis occul
 ta: et q̄nto plus habūdat tā
 to sibi quisq; sapiētior eē vi
 det. Hec illoz ē. q̄ zelū dei

habentes sed non secundum scientiam. sequentes errorem suum et obstinati in eo: ita ut nullis velint consiliis accipere. **H**ij sunt veritatis derisores: inimici pacis. caritatis expertes. vanitatem tumentes. sibi placentes et magni in oculis suis: ignorantes dei iustitiam et suam volentes constituisse voluntatem. **E**t quae maior est superbia. quam quod unus homo iudicium suum proferat contra congregacionis iudicium: tamquam ipse solus habeat spiritum dei. **E**t se faciunt religiosiores alijs: qui non sunt ut ceteri homines. **E**t ecce arioli et ydolatre facti sunt. **H**ec Bernardus. **U**n necesse est ut postponeres proprium consilium et propria voluntate. secundum obedientiam consilijs ac preceptis dei: ne incurramus periculum anime et eternum interitum. **D**e hoc dominus in prophetis primo capitulo. quia amonando sic dicit. **V**ocavi et non venistis: extendi manum meam et non fuit qui aspereret: desperastis oculus meum: et increpaciones meas neglexistis. **E**go quod in interitum vestro ridebo: et subsannabo cum vobis quod timebatis advenire: quoniam venit super vos tribulacio et angustia. **T**unc invocabunt me et non exaudiam: mane surgent et non invenient: eo quod peior est dominus non suscepit nec accipere consilio meo. **C**ui autem me audierint absque terrore quiescet: et habundancia profuerit malorum timore sublato. **E**t sic patet de dono consilij.

De dono intellectus. **O**stendit de filiis. **C**a. xij. **D**ono consilij edoctus sum: nunc de sexto dono quod sequitur cupio informari. **P**ater. **C**irca debes quod sextum donum spiritus sancti est donum intellectus: et sequitur immediate donum consilij. ut dicit Augustinus. **P**ost quantum gradum scilicet consilij per quod anima lauat ab appetitu sordium inferiorum ascendit in sextum gradum scilicet donum intellectus: ubi iam ipsum oculum purgat. **H**ec Augustinus. **Q**uare autem donum intellectus precedat quibus dona sequantur: anselmus de hoc ratione assignat dicens. **C**um quibus dona precedentia pertinent ad vitam actuam: hec autem duo scilicet intellectus et sapientia pertinent ad vitam contemplativam: quod duo spiritus sanctus predictis quibus supponit. ut edificium donorum suorum perfecte compleat. **U**nde spiritus sanctus postquam mente facit patientem per donum timoris. sibi quibus patientem per donum pietatis. et ea que sunt facienda per donum scientie. et illa fortiter exequitur per donum fortitudinis: et de ipsis suis exemplo facit alijs commulente per donum consilij. **P**ost spiritus sanctus attendit mentem ad intelligendum cur hec et illa fieri debeant: et ultio quod a solo deo remuneratione gratat istorum. **H**ec anselmus. **E**t notandum. cum homo sit ordinatus ad beatitudinem sicut ad fidem supernaturalem: ideo oportet ponere intellectum sive lumen aliquod ut est habitus supernaturalis principiorum

supnaturalium qui sunt articuli fidei.
 et ex consequenti quarundam operatio-
 num que ordinantur ad fidem que per
 dilationem operatur. ut dicit apostolus.
Et hoc lumen supernaturale et super-
additum intellectui et datur homini.
 vocatur donum intellectus. et notatur
 quandam excellentiam cognitionis
 penetrans usque ad intimas rebus
 intelligendas essentias et vita-
 res. quod non fit uti complete ex vir-
 tute naturalis intellectus sicut ex
 virtute luminis supnaturalis super-
 additi intellectui. De hoc in libro
 de spiritu et anima sic dicit. Intellectus
 est ea vis anime. qua de diuinis
 quantum homini possibile est agnoscit
 ad celestia archana penetranda.
 que penetrari non possunt nisi
 per spiritum eius qui etiam profunda per-
 scrutatur dei. Unde apostolus dicit.
Nobis autem reuelauit deus per
spiritum suum: qui omnia scrutatur etiam
profunda dei. Cum igitur veritates
 necessarie ad salutem sint nobis
 abscondite et velate. tam in re-
 rum naturis quam etiam in diuinis
 sacramentis et figuris. in tantum
 ut intellectus humanus sine adiuto-
 rio supnaturalis luminis non possit
 ad eas apprehendas plene
 attingere. planum est. quod necessarie
 fuit ut spiritus sanctus intellectum huma-
 num superadderet aliud lumen super-
 naturale. quo velamina dictarum
 veritatum penetraret. et vitas
 absconditas apprehenderet. et sic
 eas nobis manifestaret. Unde
 utique spiritus sanctus facit. dum nobis do-
 num intellectus inspirat. Hoc ei

donum intellectus primo facit nos
 penetrare velamina siue tene-
 bras mentis nostre. donec ad
 notitiam propriam perueniamus. et
 sanctam trinitatem ad cuius ymagi-
 nem creati sumus agnoscamus.
Primo igitur donum intellectus fa-
cit nos ad interiora nostra ingre-
di. dum mentem inspirat ut pri-
mo seipsam agnoscat discat. et
in hoc diligenter se exercet.
 donec se vere videat quod sit in-
 cipiat. De hoc archardus de
 sancto victore ait. quod hoc exercitio
 cordis oculum mundat. ingenium
 acuit. intelligentiam dilatat.
Nescit enim quantum sub pedibus eius
omnis mundana gloria incedat. quod
ad dicitur sue dignitatem non pen-
sat. Nescit omnino quod de spiritu a-
 gelico. quod de spiritu diuino sen-
 tire debeat. qui spiritum suum non
 cogitat plus. **Et sequitur. Si**
nondum ydoneus es intrare
ad te ipsum: quomodo ad illa
visanda ydoneus eris quod super
tempus. Hec archardus.
In hoc exercitio homo per donum
intellectus incipit aliquantulum
de quod factus est ad ymaginem
sanctae trinitatis: quia ad ymagi-
ne et similitudine sua creauit
deus hominem. De hoc in libro
 de spiritu et anima sic dicit. Sicut
 deus pater. deus filius deus spiritus
 sanctus est unus deus non tres dii. sed
 tres persone. ita anima intellectus.
 anima voluntas. anima memoria.
 non sunt tres anime. sed una in uno
 compe et tres viues. Et sicut

ex p̄re genat filij. ex p̄re ⁊ filio
 p̄cedit sp̄s sc̄s: ita ex intellectu ge-
 nerat voluntas: s̄ ex intellectu ⁊ vo-
 luntate p̄cedit memoria. Ex eo
 at q̄ aīa ē ymago dei est ca-
 par dei: ut dicit augustinus.
 Quap̄t quisq̄ diligētius at-
 tedat p̄me sue dīcōis excel-
 lencia: ut venerāda sc̄e t̄ni-
 tatis ī serpo ymagine agnos-
 cat: honorēq̄ diuine similitudinis
 ad quē creat̄ ē. nobilitate mo-
 r̄ū et exercitacōe v̄tutū ac
 dignitate meritorū habē d̄te-
 dat: ut q̄n apparebit. filijs ei
 appaream⁹ qui nos d̄didit et
 reformauit. Sciēdū etiā. q̄
 intellectus ē regula et cōsp̄er-
 tio actionū moralīū. Unde p̄
 psalmistā dicit. Intellectū tibi
 dabo et īstruā te ī via hac q̄
 gradieris. firmabo sup te oca-
 los meos: saluz sinistruū gracie
 et d̄ctū glorie: q̄d sit q̄n de⁹
 acceptat opa hoīs. in p̄nti
 approbādo et in fut̄o remu-
 nerādo. S̄ oportet ad hoc.
 q̄ sim⁹ apti ad istū intellectū
 ut regulem nō sc̄dm sensibili-
 a fantasmata. s̄ sc̄dm iudicia
 itelligibilia: sicut p̄ eundem
 psalmistā dicit. Nolite fieri
 sicut equus ⁊ mulus: quibus
 nō est intellectus. Alioq̄n accidz nob̄
 sicut p̄mo hoī: qui cū in hono-
 re eēt nō intellexit. p̄pat⁹ ē
 iumentis īsp̄icētibz et filijs fr̄s
 ē illis: id ē q̄ nō est secutus
 itellm̄ ut sequer̄ mādata
 dei: fact⁹ ē miser ⁊ captiu⁹.

Unde notādū q̄ ē intellectus
 practicus prudēcialis: q̄ sc̄dm dic-
 tamē legis diuine docet t̄ria:
 sc̄z q̄d sit euitandū. q̄d exequēdū.
 q̄d expectādū. Primo donū
 intellectus docet q̄d sit euitandū:
 q̄ oē malū. Unde dicit p̄uer-
 biorū sc̄do. Si īclinaueris cor
 tuū prudēcie. si q̄sieris eā q̄si-
 pecuniā. et sicut thesauros ef-
 fodens illā: tūc intelliges ti-
 more d̄ni: et sc̄am dei iueni-
 es: id ē qui vult habē hūc in-
 tellm̄. debet se īclinare per
 hūilitatē. querē p̄ desideriu.
 effodē p̄ exerciciū: et sic in-
 struct⁹ in moribz itelliget. q̄
 in timore d̄ni vitet oē malum.
 Vñ psalmista. Iniciū sapiēcie
 timor d̄ni: intellectus bon⁹ oībus
 faciētibz eū. Sc̄do donū intel-
 lectus docet q̄d sit exequēdū: q̄
 oē opus bonū sc̄dm actū cor-
 dis. oris. ⁊ opis. De actu cor-
 dis dicit iosue p̄mo. Non de-
 clines a lege ad dexterā vel
 ad sinistrā. ut itelligas d̄cta
 que agis: tūc diriges viā tuā
 et itelliges eā. Itē oris: etiā
 t̄ria q̄nto. Itelligas ⁊ cū sapi-
 ēcia p̄feres respōsu verū. Si
 ē tibi itellec̄to. respōde primo:
 sin autē. man⁹ tua sit sup os
 tuū: ne capiaris ī verbo īdis-
 ciplinato et confundaris. Item
 opis: de hoc dicit h̄s abrosius.
 Nichil hō debet agē: nisi si q̄-
 reret. possz reddē racionem.
 Tertio donū intellectus docet q̄d
 sit expectādū: sc̄z bonū et̄nū.

De hoc p sapiēte dicit. **G**ēma
 gratissima expectatio p̄solat̄:
 quocūq; se viderit prudēt̄ intelli
 git. **N**ō enī p̄t homo tēnē bo
 nā mā: nisi sciat t̄minū q̄ de
 bet ire. **D**ebet enī asiderare
 finē in suo ope gratissim. **B**ra
 tū est ei solū bonū tpale: gra
 tius bonū spūale ut scia vel
 virtutes: gratissim at̄ bonum
 etnū. **U**nde dicit baruch iij.
Disce ubi ē sapia. ubi sit vitā.
 ubi sit intellectus: ut scias siml
 ubi sit lōgicūitas vite & virtus:
 ubi sit lumē oculoz & pax. **H**ec
 ei sūt i bono etno. **P**uerbior
 t̄tio. **L**ōgicūdo dicit in dextera
 ei: et in sinistra ei diuicie et
 gloria. **E**t psalmista dicit. **I**
 pud te ē fons vite: et i lumē
 tuo indebim̄ lumē. **I**bi ei de
 bet eē oculus itellcūialis q̄ rec
 tificat: quē nō habebat illi de
 quibz i detnomio dicit. **G**ens
 absq; asilio ē & sine prudentia.
Vana sapient et itelligeret
 ac nouissima p̄uidēt̄ p̄ meoz
 ā saliciz p̄titor. **D**iscretionē qz
 p̄ntiū: ac p̄uidēciā futuror.
Sic igit patz de dono itellcs.

H De dono sapientie.
 Abita fili. Ca. xij.

Nāq; iformacōe de
 dono intellecto: nūc de septio
 et ulcō dono qd sequit̄ cupio
 edoceri. **P**ater
 cure debes. qz septim
 & ultim donū sps sc̄
 ē donū sapiēcie: qd imediate
 seqt̄ donū itellcs. **A**d hoc do

nū videlicz sapie. a timore iā
 p̄cedo. q̄ p̄ quosdā gradus p̄
 uenit. **U**nde dicit b̄s augusti
 qz a timore usq; ad sapiam que
 septia est in donis et ulcā:
 p̄ grad⁹ tendit & puenit. **E**t
 reddit rationē dices. **H**ec sa
 piēcia ultima & sumā ē: quia
 hac habita. aūm̄ pacat⁹ trā
 quillq; p̄fruit̄ & delectat̄ i ea.
 ergo est ultima: in qua ē cō
 sumācio. **S**ilem rationē assig
 nat̄ a selm⁹ dices. **S**ps sanct⁹
 mēti i spirat̄ ad postremū sa
 piām. quā alijs donis supac
 cumulat̄: ut qd recte itelligit
 saliciz i dono intellect⁹ sit sibi
 sapidū atq; dulcissim i dono
 sapie: soloz r̄itudis amore
 sequat̄ qd itelligit eē sc̄p̄dū.
Nō enī p̄fctm̄ fant̄ agnicio in
 tantis n̄ sequat̄ ecia expmen
 talis: qz expientia ē m̄gra
 itelligēcie ut ait hugo. **E**t
 addit̄ a selm⁹ dices. **I**n isto e
 dificio sic p̄posito sps̄ r̄sidet:
 totā familiā dom⁹ iterioris
 id ē oēs aie sens⁹ regit & ad su
 ū obsequium disponit: saliciz as
 cēdendo ad deū & descēdēdo
 ad p̄xim. **H**ec a selm⁹. **P**rimo
 igit̄ videndū ē. qd sit sapia:
 et que dicat̄ donū sapiēcie.

D De quo nōndū ē qz obmissa
 sapia carnis q̄ iūmica ē deo.
 et sapia hui⁹ mūdi q̄ stulticia
 ē apud deū. q̄ nec dicit̄ sapi
 ēcie nisi abusive: q̄a nō sūt
 sapide sc̄e s̄ i spide & stulte.
Nulla itaq; istarū ē donum

Sapientie. Est etiam alia sapientia
 vera et increata. De qua dicit sapi-
 entie vij. q. ipa est candor lucis
 etne. et speculum sine macula di-
 maestatis. et ymago bonitatis
 illius qui est xpc dñs filius dei:
 que paulus appellat dei virtute
 et dei sapiam. De qua etiam beatus
 augustinus dicit. Sapientia increata
 que est filius dei non cessat occulta
 inspiratio et reuelatio ad intel-
 lectuale creatura se transferre:
 ut ad se auertat. Sed nec ista
 sapientia est donum spiritus sancti: sed potius
 largissima omnium donorum datur est.
 Est et alia sapientia creata que du-
 plex est. Una quedam est per studium
 humanum acquisita et est virtus intel-
 lectualis. de qua loquitur philosophus in me-
 thaphisica sua: que potest dici aliquot
 sapientia: cum in ea quidam sapor in-
 ueniat: habet enim philosophia admi-
 rabiles deliciae ut dicit de celo
 ethicoz: licet sapor iste non sit o-
 leo gratie additus. Potest etiam sa-
 pientia hec per rationis inquisitionem
 aliquot rationum iudicium etiam aliqua
 diuina habere licet incompleta: sicut
 ostendit hugo in prologo super libro
 angelice ierarchie: ubi sic dicit.
 Philosophis datum fuit propter non
 quibus consumatio seruabat et in-
 choatio pabat: ut inuenirent
 vitam illam quam oportuit susci-
 pere filios vite ad obsequium summe
 vitatis: cui labor ipis appositus
 est. nobis autem fructus seruabat.
 Nouissime autem theologia quedam
 per rationem diuinorum et scrutationem
 inuisibilium que consumatur sapi-

etiam addiderunt: et ibi conuere
 ceperunt in mendacia figmentorum:
 et ideo defecerunt et euauerunt.
 Nec hugo. Unde nec ista sapientia
 est donum spiritus sancti. quous ab eo datur.
 Est etiam quedam alia sapientia que
 de sursum est: que a patre luminum cre-
 ata est. Unde dicit iacobi tercio.
 Quod donum perfectum de sursum est: des-
 cendes a patre luminum. Et hec est vera
 sapientia. et donum spiritus sancti: que ipa est
 veri splendoris et boni saporis.
 Splendor namque eius dirigit intellec-
 tum ad veri agnitionem: et sapor
 erigit affectum ad saporosam boni
 dilectionem. Igitur que sursum sunt sa-
 pientie non que super terram: aut apud.
 Obiectum ergo doni sapientie prin-
 cipale est deus: prout est excitati-
 uum voluntatis ad eius saporosam
 dilectionem. Actus autem sapientie est con-
 templari deum non quocumque modo:
 sed ex dilectione cum quadam experi-
 mentali suauitate in affectu. Ex
 his igitur apparz. quod donum sapientie
 est habitus supernaturalis anime a spiritu
 sancto infusus: ad deum agnoscendum
 et saporose diligendum. Et no-
 tandum secundum quod dicit beatus bernardus
 in libro de amore dei. quod sicut cor-
 pus habet suos quatuor sensus quibus
 anime dirigitur vita mediate: sic
 anima habet suos sensus spirituales
 quibus deo dirigitur mediate con-
 uitate. Hec sensus eius corporis ve-
 terasam et huic seculo conforma-
 mur: per sensum vero mentis reno-
 uamur in agnitione dei in no-
 uitate vite secundum voluntatem dei
 et beneplacitum. Unde dicit apostolus.

Nolite reformari huic scđo: sed
renouet in nouitate sensu vri:
ut pberis q sit voluntas dei bo
na et bñplacēs & pfa. Sicut
at oēs sensus corpales ut visū
& ceteri sine sensu gustu ifirma
tur et ebetat in oibz opibus
suis: sic oēs sensu spūales infir
mant et laquefūt i opatio
nibz suis sine gustu spūali q
gustabilia spūalia sapida fa
cit. **Q**d bñs bernard⁹ ostendit
sup cāica: ubi sic dicit. Hunc
saporē pdidim⁹ ab ipō pene
exordio generis nrī. Exquo cor
dis palatū sensu carnis pualetē
infecit virus serpētis antiqui:
cepit aīe nō bonū sape. ac sapor
noxius subintrare scilicet cupis
cēcie: et sensu hōis pmpri facti
sūt ad malū: et ideo mlta bo
na fiūt q non sapiūt faciētibz:
qa sapor mali nō ē totalit ex
terminat⁹. **S**z nūc assidue sa
piēcia vīat maliciā: i mētibz
ad q̄s intuerit saporē mali q̄
illa iūxit sapore meliori ex
terminādo. **I**ntrās enī sapia. sen
sū carnis ifirmat et ifatuat:
intellēm purificat: cordis pala
tū sanat & reparat. **S**anato pa
lato iā sapit bonū: sapit & ipā
sapia q̄ in bonis nullū ē meli⁹.
Hec bñard⁹. **S**ensu at gustus i
aīo repato p sapiam: oēs sensu
spūales qualescūt & vegetant.
Hic ei gustu saporose sapiēcie
sensū visus in tiorē clarificat.
ad deū sapide atēplandū. **H**ic
gustu sensū audit⁹ itiorē exti

tur ad verbū dei dulcē audire
dū. **H**ic gustus sensū olfactus
intiorē incitat ad dīcēm suau
ter odorādū. **D**e hoc bñs ber
nard⁹ i libro de amore sic dicit.
Gustu at qui fit in sapia qdā
sequit saporis dulcedo: quā in
teriori suo aīa senties. modo
quodā singulari. q̄ suscipit gus
tabilia cūctā discernit & iū
dicat: seq̄ oēs q̄ sensu vegetat
et ofortat id ē itiores. **H**ec
bñard⁹. **A**d hāc sapiēcia querē
dā & assequēdā hortat nos a
plus ad colozēses tūo dices. **S**i
surrexistis cū xpō q̄ sursū sūt
querite ubi xp̄s ē in dextā dei
sedes: q̄ sursū sūt sapite: nō q̄
sup tūā. **I**n quibz v̄bis monet
nos ap̄ls adp̄sa donū v̄e sa
piēcie: et hoc duplicat: p̄mo
verā sapiēcia suadendo cū di
cit. q̄ sursū sūt sapite: sedō va
nā dissuadendo cū addit. non q̄
sup tūā. **S**icut ei duplex ē af
pect⁹ aīe. scilicet ad t̄palia et et
na: sic duplex ē affect⁹ & duplex
sapia: scilicet etna q̄ de sursū ē.
et t̄palis que deorsū ē. **D**e hac
dicit iacobi tūo. **E**t si zelū ama
rū habetis et atēciones sint m̄
vos: nolite gloriari et mēdātes
eē adūsus veritatē. **N**ō ei est
ista sapia de sursū descēdes:
sz t̄rena aīalis et dyabolica.
Que at de sursū ē sapia. pu
mū quidē pudica ē: & cetera.
Primo ergo videat⁹ q̄ sit vana
sapia: ut p hoc meli⁹ donum
vere sapie agnoscam⁹. **V**ana

enī sapiā est. trena aīalis & dyabolica. Terrena sapiā consistit ī habūdācia trenaīū opulētiaz. De hac dicit p̄ma ad corinthios p̄mo caplo. **Q**uā sapiētiam sapiētū. et prudētā prudētū rep̄babo. **U**bi sapiēs? **U**bi s̄ba? **U**bi d̄sitor hui? **S**edi? **N**ō ne stultā fecit deus sapiām h̄ mundi? **Q**dam inq̄t: q̄ nō est vera. **S**apiētēs eī sūt ut faciāt mala. diuitias auare agregando: bonū at̄ facē nesciēt. **A**īalis at̄ sapiā consistit ī exp̄cīa sensibiliū delatōnū. De hac paulus dicit ad rōnos viij. ca. **N**ō scdm carnē ābulam? sed scdm sp̄m. **Q**ui enī scdm carnē sūt: que carnis sūt sapiūt. **N**ā prudētia carnis mors ē. **P**rudētia at̄ sp̄s. vita et pax. **Q**uā sapiā carnis. iūmīa ē dō. **Q**ui at̄ in carne sūt: deo placere nō p̄nt. **D**abolica vō sapiētia. consistit ī ābīcōe mūdialū extellētariū. **U**n dicit p̄ma ad corinthios t̄o caplo. **S**i q̄s videt̄ m̄ter vos sapiēs eē in hoc sc̄lo: stultus fiat ut sit sapiēs. **S**apiā eī hui? mūdi. stulticia ē apud deū. **S**cp̄tū ē enī. **C**ōprehēdā sapiētēs in astucia eoz. **C**ōuersantibz at̄ in hys t̄bz. d̄querit̄ apl̄s ad philippēsēs q̄rto. dicit̄. **N**ulci ābulant quos sepe dicebā vobis. nūc at̄ & flens dico. iūmīcos crucis xpi. hec p̄t̄ dyabolica: quoz deus venter ē. hec p̄t̄ aīalē: et gloria ī cōfusione eoz q̄ trena sapiūt. hec p̄t̄ terrenā. **H**as p̄didit xpc. qui

earū d̄ria eligēs saluz paup̄tate acerbitate & vilitate. q̄a paup̄rime. acerbissime & abiectissime p̄ nobis voluit crucifigi. **I**saiē. liij. **E**t reputauit̄ eū q̄si leprosum. et percussū a deo & hūliatū. **N**āc ergo sapiām trenaī aīalē & dyabolica morēs sc̄z ī cruce docuit̄ despice tanq̄ vana: et appetē vera sapiētā q̄ de sursum ē siue celestē: de q̄ p̄ salomōne dicit̄. **T**ransiui ad cōtēplādā sapiām erroresq̄ et stulticiā: et vidi q̄ tm̄ p̄cedet sapiā stulticiā: q̄ntū differt lux a tenebris. **H**ec eī sapiā tanq̄ datū optimū et donū p̄fectū descendēs a p̄re lūnū ut lux ad nrām potēciā agnitūā illustrandā. et hoc p̄ v̄bū inspiratū: ad nrām potēciā affectūā letificandā. et hoc p̄ v̄bū incarnatū: ad nrām potēciā operatūā corroborandā. et hoc p̄ v̄bū increatū. **P**rimo eī est sapiā ut lux illūminatiua respectu nrē agnitūe. **U**n dicitur sapiē viij. **N**einē diligit deus: nisi eū qui cū sapiā inhabitat. **E**st enī speciosior sole: et sup̄ oīne dispositionē stellarū luci xp̄ata iuenit̄ prior. **I**pā enī sapiā. ad istar̄ solis dat̄ aīe lūmē respectu agnoscēdorū: istar̄ lune respectu agēdorū: istar̄ stellarū resp̄cū cōtēplandozum. **U**n merito dicit̄: aīa iusti sedes ē sapiēcie. **S**cdō sapiā ē ut lux letificatiua respectu nrē affectūe. **U**n de hoc dicit̄ eccl̄iasticū xl. **V**inū et mulieres letificat

cor: et sup utraqz dilao sapiencie.
 Quā amās sapiēs dicit sapiē
 viij. **H**ac amavi et exāsiui a ui
 uentate mea: et q̄siui spōsa cā
 michi assumē: et amator facty
 sū forme illi. **I**te dicit viij. caplo.
Sup salutē et specie dilexi illā:
 et p̄posui p̄ lucē habē illā: qm̄
 iextigribile ē lumē illi. **V**ene
 rūt at̄ m̄ oīa bona pit̄ cū illa.
Tercio sapiā ē ut lux coru
 boratua. resp̄cū n̄re opatiue.
Un̄ dicit eccl̄astica septio. Sapi
 enā sapiētē afortauit. **U**lt̄ di
 cē q̄ nulla v̄ta creata tm̄ coru
 borat: q̄ntū sapiā. **E**t sic appa
 rēt ista t̄a p̄ que fit aīa dom̄
 dei pulchra. amena et robusta
De q̄ domo saliciz aīe. dicit p̄u
 bioz ix. **S**apia edificauit sibi
 domū: exadit colūpnas septē.
Que vō sint iste colūpne sep
 tē. sacra scriptura inuit iacobi
 tercio: ubi sic dicit. **Q**ue aut̄
 de sursum ē sapiā p̄mū quidē pu
 dica ē: dein pacifica. modesta.
 suadibilis. bonis a senties. ple
 na misericordia et fructibz bonis:
 nō iudicās. sine simulatione.
Atende ad has colūpnas si pos
 sis eas habē: ut edifices domū
 sapiencie i corde tuo. **O**īa enī
 alia dona sp̄s sc̄i. sūt ordiata
 ad hāc domū sapiē edificandā.
Igit̄ iste septē colūpne sūt pu
 dicitia i carne. innocētia i mē
 te. moderācia i sermone. sua
 dibilitas i affectu. libalitas i
 effectu. maturitas i iudicio. si
 pluitas i intēione. **P**rimo q̄
 de pudica ē p̄ pudicitia i car

ne: que est p̄ma colūpna.
Un̄ p̄ sapiētē dicit. **I**n mali
 uolam aīam nō introibit sapi
 enā: nec habitabit i corpe sub
 dito p̄cis. **H**ec ergo p̄ncipalis
 colūpna dom̄ sapiencie videlicet
 vita pudica: ecōtrario nō im
 pudica ē i ruina. **D**e hoc di
 cit eccl̄astica xix. **V**inū a mu
 lieres apostatūre faciūt sapiē
 tes: et arguūt sensatos. **D**e
 inde sequit̄ pacifica. **E**cce sc̄a
 colūpna: q̄ innocētia i mente
 p̄ t̄nquillitate. **P**ax ei et t̄n
 quillitas ordis exhiberi solet
 p̄ obediēcia ad supiorē: p̄ eq̄li
 tate ad parē: p̄ iusta p̄siden
 tia ad supiorē. **U**n̄ dicit eccl̄as
 tica tr̄o. **F**ilie sapiē eccl̄a ius
 torū: et natio illoz obedia
 et dilao i deū p̄zem. **A**udite
 filij a sic facite: ut salui sitis.
Dein sequit̄ modesta. **H**ec
 ē tr̄a colūpna: q̄ ē modera
 tua i sermone. **U**n̄ dicit eccl̄
 astica xxx. **H**omo sapiēs ta
 cebit usqz ad tēp̄: i prudēs at̄
 a lascaus nō seruabit tēpus.
Eportz enī ut hō multum ca
 ueat sermōni suo: qui ē gla
 dius ledēs loquētē a p̄ximū
 p̄ v̄ba scandali. **U**n̄ dicit apl̄s
 paul̄. **D**is sermo malus ex
 ore v̄ro nō p̄cedat: s̄ si q̄s ē
 bon̄ ad edificationē fidei. ut
 det gr̄ciā audietibz. **P**ost h̄
 sequit̄ q̄rta colūpna cū dicit.
 suadibilis bonis a senties: que
 ē suadibilitas i aff̄cū siue benigni
 tatis: ecōtrario ē malignitas.
Un̄ dicit sapiē p̄. **B**enignus

Ca xiiij

ē enī spūs sapiē: et nō libabit
 maledictū a labijs suis. **Un**
 to at q̄s ē sapiētor: tāto ē sua
 dibilioz ad bonū alios puocā
 do. **Sz** stultz aculat v̄bū re
 prehēsiōis. **Pro** dicit p̄bno
 rū ix. **N**oli arguē derisorē:
 ne oderit te. **M**eli⁹ ē enī a sa
 piēte corripī: q̄ a stultis adu
 larozbz decipi. **De**m sequit.
Plena misericōdia et fructibz bo
 nis. **U**bi describit q̄nta colūp
 na: q̄ est libalitas ī effectū.
De hoc dicit p̄bnoz ultio. **D**s
 suū apuit sapiēcie: et lex
 clementie in ligua ei⁹. **E**t p̄e
 misit ibidē. **M**anū suā aperu
 it iopi. **E**cce misericōdia quā docz
 sapia. **D**ocet etiā opa v̄tuosa
 et fructuosa opari: q̄a qui do
 nū sapiē habet. a bono ope va
 care nō p̄t. **Post** hec sequit.
 nō diuidias: ubi tāgit̄ sexta
 colūpna. q̄ est maturitas cum
 iudicio: ne scilicet iudicet teme
 rarie. **Un** p̄ psalmistā dicit.
Os iusti meditabit̄ sapiām.
 et ligua ei⁹ loquet̄ iudiciū:
 lex dei ei⁹ in corde ip̄i⁹ et nō
 sup̄lātabit̄ gressus ei⁹: qui
 scilicet iusto zelo mouet̄ ad
 oīa: oē bonum approbādo: et
 oē malū reprobādo. **De**m
 sequit̄ septima colūpna ubi
 dicit. sine similitudine: in qua
 ē cōsumatio totiq̄ edificij istius
 dom⁹. **Un** salomon libro r̄io
 regū. x. fecit thronū de ebo
 re grādē et vestiuit eū au
 ro filio nimis: qui habebat
 sex gradus. p̄ quos sex colūp

ne p̄redetes designāt: et sic
 mitas throni rotunda erat in
 p̄te posteriori: qd̄ erat ī figā
 hui⁹ colūpne oīa cōsumatis.
 scilicet sipliatas it̄ationis. **H**is
 igit̄ colūpnis septē cōsumatis **ps̄m** x
 in aīa. incipit hō q̄ sursum
 sape nō que sup̄ trā: ubi in
 delictz xpc ē in dextā dei sedet:
 in quo sūt oēs thesauri sapiē
 et sciē absconditi: que agnos
 cē et amare ē vita et̄na: ip̄so
 attestāte q̄ dicit. **H**ec ē vita
 et̄na: ut agnoscat̄ te solū ve
 rū deū et que misisti ihesum
 xpm. **S**i ergo desiderat̄ xpm
 agnosce ac in statu ip̄m per
 cōtemplationē cōne: necesse ē. ut
 vitata culpa deformate na
 turā. exerceamus nos ad grā
 reformate et hoc p̄ orōne:
 ad iusticiā purificatē et hoc p̄
 diuisione: ad sciām illūnantē
 et hoc p̄ meditationē: ad sapiē
 ciā p̄ficiēte et hoc cōtemplatio
 nē. **S**icut igit̄ ad sapiām nō
 puenit nisi p̄ grāciā. iusticiā
 et sciām: sic ad cōtemplationem
 nō puenit nisi p̄ meditatio
 nē p̄spiciuā. diuisione sciām
 et orōne deuotā. **S**icut enī
 grā ē fundamētū rectitudi⁹
 voluntatis et illustratiōis p̄spi
 cue orōnis: sic primo orādū
 ē nobis. deinde scē agendū.
 tertio vitatis spectaculis itē
 dedū. et intēdendo q̄dati ascē
 dendū: quousq̄ veniat ad mō
 tē extelsū. ubi videat̄ deus
 deoz in spon. **Un** ad donū
 sapiē iueniēdū et obtinēdū

multū valet diligēs inq̄siao r̄oro.
Nā sapiā et ē querēda r̄ postu-
 lāda: querēdo iuenit s̄ postu-
 lādo possidet. Inuenit p̄ igni-
 tione: s̄ possidet p̄ dilcōne. **I**-
 gnitione videt: p̄ dilectione
 āplexat r̄ gustatur. **V**idē pt̄nz
 ad intellm: s̄ āplexari r̄ gusta-
 re pt̄nz ad volūtatē r̄ affectū.
De hoc dicit r̄chard⁹ de facto
 victore. **S**icut deus p̄ meōriā
 audit et p̄ intellertū videt. i-
 ta p̄ affectū āplexat et gusta-
 tur vel astingit. et sic tenet:
 et hoc utiq; p̄fectus ē q̄ vidē
 solū. **P**rimo igit queram⁹ sa-
 piām iuestigādo p̄ ignitione:
 donec tandē meām eā a deo
 recipe p̄ āplexū et degusta-
 tione. **H**uc p̄osū thesaurum
 sapiē docz querē salomō: p̄uer-
 bioz sc̄do caplo. dices. **S**i q̄sies
 sapiām q̄ pecuniā et sicut the-
 sauros effoderis eā: tūc intel-
 liges timorē dñi. **Q**ue ūba.
 b̄s iheronim⁹ exponēs dicit.
Qui thesauros effoderit. t̄ra
 eiat: foueā in altū fodit: se-
 dulus insisit donec iueniat
 qd̄ querit. **S**ic qui thesauros
 sapiē iuenire desiderat omē
 pond⁹ t̄venū a se reiciat: in se
 foueā hūilitatis faciat: nec q̄
 escat donec iueniat. **H**ec ihe-
 ronim⁹. **Q**uo vō ignoscit
 iuenta sapiā hec: docz b̄s b̄-
 nard⁹ ai dicit. **I**nueīstā plane
 sapiām. si p̄oris vite p̄cā de-
 fleas: si hui⁹ seculi desideria
 p̄uipendas: si etnā b̄tūdine
 toto desiderio occupatus. **I**nue-

nisti sapiām si horū singula tibi
 sapiūt p̄ut sūt: ut her quidem
 amara et dno fugiēda. illa q̄
 velut caduca r̄ t̄nsitoria d̄p̄-
 nenda: ista vō ut p̄fecta tot⁹
 desiderijs appetēda: quā ūmū
 quodā sapore diuides et dis-
 tinas. **H**ec b̄nard⁹. **S**im⁹ igit
 hui⁹ salubris sapiē amatores:
 q̄ vocat r̄ dicit. **C**ūstite ad me
 oēs qui occupatis me: r̄ a ge-
 neratōibz meis adīplemī. **E**t
 notādū q̄ sapiā dei ut possit
 eē f̄rma r̄ stabili i cordibz fi-
 deliū. p̄ diūsas v̄tutes roborā-
 tur et r̄firmat. **D**e hoc hugo
 i libro t̄io de archa noe sic di-
 cit. **S**apiā dei in cordibz sc̄arū
 tanq; i paradiso iuisibili p̄ t̄iorē
 seminat. p̄ grām rigat. p̄ do-
 lore morit. p̄ fidē radicat. p̄
 spem viret. p̄ deuotionē ger-
 minat. p̄ xp̄uptionē orit. p̄ de-
 sideriū crescit. p̄ caritatē robo-
 rat. p̄ c̄r̄spectionē frondet.
 p̄ disciplinā floret. p̄ v̄tutem
 fructificat. p̄ paciām m̄tu-
 resat. p̄ mortē capit. p̄ c̄r̄-
 plationē abat. **S**apiā igit p̄
 t̄iorē seminat: q̄ ūcū ē sapi-
 ēae. timor dñi. **I**tē sapiā per
 graciā rigat. **S**icut enī t̄ior
 filis ē semini: ita graciā filis
 ē h̄uori qui rigat semē iactū
 i terrā et germinare facit.
Postq; ei homo a delc̄atione
 carnali p̄ t̄iorē abstract⁹
 fuit. necesse ē ut statū aliqd̄
 sp̄ualis gaudiij p̄gustare i-
 piat: ne si aliens dno a de-
 lectatōe remāserit: q̄ semē

ardū absq; hūore ad germen
sapie ualesce nō possit. Sa-
pientia ergo p̄ tiorē seminat
et p̄ gratiā rigat: q̄ timor
p̄mū carnalis delatōis ab
aīa affectū presadit: ac dein
grā eunte quasi iā a sordibz
emūdata spūali delatōe p̄
fundit. Itē sapia p̄ dolorem
morit. Sicut enī semina germi-
nare nō p̄nt n̄ prius in terra
xp̄tūrescat & quodāmo moriāt:
ita nos germē bonū ferre nō
possum⁹. n̄ prius p̄ salubre do-
lore mūdo moriam. Et bene
post p̄ceptionē gracie dolor
nasat: q̄ tūc uere ī quibz ma-
lis sum⁹ agnoscam⁹: q̄n p̄ in-
fusionē gracie illūinat. Dul-
cedine spūaliū bonoz degus-
tam⁹. Quicūq; at spūaliū
bonoz dulcedinē nō noue-
rūt: carnalis cupie passio-
nes eā tūc amat cū affli-
gūt. Itē sapia p̄ fidē radicat.
Fideles eī radices figūt nō ī
hoc mūdo: q̄ p̄ fidē & dilatōē
sūt radicati in deo. Itē sapi-
entia p̄ spem uiret. Spes enī
ē q̄ memoria iuisibiliū gau-
dior: q̄ in corde hoīs recondi-
ta calefacit illud int̄se, et
nō sinit illud arese frigore ī-
fidelitatis in h̄yeme p̄sentis
uite: et q̄ diu hec spes uiuit
ī nrā mēte nūq̄ arefat aut
bor sapie: s; q̄admodū lignū
illesum seruat vigore suum
dū equalē habet etēpanciā
hūoris & caloris: sic animus
seruat vigore quē calor sp̄s

nutrit q̄ desup radiat: et studū
boni opis q̄ subis ē rigat. Itē sa-
pientia p̄ deuocionē germinat:
q̄ deuotio diuidit in tā: in zelū
p̄passionē & beniuolētia. Zelus
ē dum p̄ amorē iusticie defen-
sore ultro se offert anū & calūp-
niā uitatis pati nō sustinens.
Cōpassio ē: q̄n miseris alioz
dolent. Beniuolētia ē. q̄ndo
p̄mpta uolūtate b̄nficia roga-
ti anūm⁹. et sicut grana ger-
minare tūc dicim⁹ q̄n natia
q̄dā occultū germen p̄dit.
q̄d int̄ latuit: sic et bona uo-
lūtās celare se nō uales. q̄dā
ut ita dicā uolētia ad exhi-
bitōē boni opis fons exit.
Itē sapia p̄ xp̄uocionē oritur.
Sapia tūc orit q̄n uitas ma-
nifestat. Veritas at māfes-
tat: q̄n ignorātia pellit. Ig-
norātia at pellit: q̄n mens
illūinat. Mente at illūinata:
thesaur⁹ sapie iuenit. Item
sapia p̄ desiderū arefat. Sicut
eī xp̄uctio incendio xp̄at. ita de-
siderū silē ē fumo qui de ice-
dio nasat. qui ī directū asced:
et q̄tomagis sursū tollit tāto
magis attenuat. tanq̄ eleuata
ī sublime ab oculis itūctum
p̄sus subducit: ita hō p̄ sc̄m de-
siderū celestibz appropiāns
et oēm t̄rene cupie nebulam
euaporās. tot⁹ spūalis efficit:
et se hūanis subducit aspectibz
dū ad t̄rena cupiscēda āplius
exire recusat. Itē sapia p̄ cari-
tatē roborat. Caritas eī silis
ē uino. Vinū nāq; eos quos

fidati

tebruaerit reddit hylares. au
 daces. fortes. obliuofos: et q^o
 damodo infensibiles. Sic cari
 tas mudando ifciam mente
 exhilarat: dein audace reddat
 qn fiducia prestat: dein vires
 auget. Quia ficut dicit fepta:
 qui ofidit i dno fortis e ut leo.
Obluione quoqz reddit: qa
 du tota ai intecione ad desi
 deriu etnoz trahit: oim que
 tntent meoria ab aio fundim
 euellit. Infensibile reddit: qa
 du mente dulcedie medullis
 replet: qcqd extius amari fer
 tur atepnit q no fentiat. Itē
 fapia p atpatione frōdefat.
 et ramos expādit. Quidā ei
 fut in quibz fapia in altū cref
 cit: quidā vō in quibz i latū se
 expandit. In ateplatius i al
 tū furgit: qui p acumē mētis
 puiat ufqz ad celeftia ateplada.
In actiuis vō in latū se expā
 dit: qa hū intecione mētis fue
 multiplicat foris fpergūt ad
 difpēfanda trena. Debet aut
 hō eē puud et atpcty. ut
 an piculū aīm fumer: ut nō
 folū qd eueiat f euenire pof
 fit attedat. Aridēt fortune
 nō nimis credat: in adūfis fi
 ducā nō amittat: et quicqd
 finē habiturū e fue bonū fi
 ue malū eque defpiciat. Oem
 euentū ifilio fuo pueniat:
 amicos ante neceffitate cō
 pare ftudeat: oēs diligat. nō
 oibz eque credat. Maioribz
 obediētia debita. eglibz dilec
 tionē. fubiectis patnā follia

tudine ipendat. Et fic p diuifa v
 tutū ftudia arbor fapie ramos
 diffundet: et frondibz atp
 tionis vndiqz veftita fufū ad
 alta cacumē leuabit. Itē fapi
 entia p difciplinā floret. Si
 cut eī in flore fructy fperat:
 ita i bono ope fute reftitui
 onis pmū expectat. Itē fa
 piecia p vtute fructificat.
Fructy boni opis: e vtus ocul
 ta recte itentionis. Vnde qui
 fine hac vtute bonū opus i
 oculis hōim foris exhibet: ve
 lut arbor e que fine fructu
 floret. Itē fapia p paciētia
 maturēfat. Qui enī vtute
 ichoat: q quēdā in fe fructū
 bonitatis format. Sz qui vtute
 quā itapit an fine defert: deluti
 matury et nō aptus efui ante
 tēpus cadit. Et paciā neces
 faria e: ut i bono ope qd in
 choam⁹ ftant ufqz in fine p
 feuemy. Itē fapia p mortē
 carpit. Cū ei fructy matury
 e tū difcrepit ut ad pūffat
 lias mēfam veniat: et nos
 cū ad pftionē pducti fueimy
 ab hac vita p mortē padim:
 ut ad quiuū regis etni tūffe
 ram. Itē fapia p ateplatio
 nē abat. Iste e abz. de quo
 pfalmifta ait. Adiplebis me
 leticia cū vultu tuo: delcāt
 ones i dextā tua ufqz i finē.
Cofiderandū e. q duplex potēft
 eē fapia. Alia nāqz e fciam
 ū ac pūfor hōim qui trena
 fapiūt: alia vō e iuftor qui
 celeftia diligūt. De hac du

plia sapia bñs gregorius i rº
 libro moralium expones illa
 vba. deridet ei iusti simplici-
 tas: sic dicit. **Huius mundi sapi-**
etia e cor machinacõibz tege.
 sensu vobis velare: q̄ falsa sũt
 vera onde: q̄ vera sũt fallaci-
 a demonstrare. **Hec** nimiz pru-
 dentia usu viuendi dicit: **hec**
 a pueris p̄cio dicit: **hac** qui
 sciũt ceteros supbiẽdo despici-
 unt. **Hec** sibi obsequentiõz p̄cipit
 honorũ culmina q̄re: **adepta tẽ**
porali gloria vaitati gaude:
 irrogata ab alijs mala mlti-
 plicius reddẽ cũ vires suppe-
 tit: nullis resistẽtibz redẽ cũ
 v̄tutis possibilitas adest: q̄
 qd̄ exple p̄ maliciã nõ valet
 hoc ipacifica bonitate simla-
 re. **At** et iustoz sapia e nichil
 p̄ ostensionẽ finge. sensu ver-
 bis apire: vera ut sũt dilige.
 falsa deuitare: bona gñs ex-
 libe. mala libetius tolerare
 q̄ facẽ: nullã iuriã querẽ p̄
 vitate. **stueliã** lucrũ putare.
Sz **hec** iustoz simplicitas de-
 ridet: qz ab huius mundi sapi-
 etibz puritatis v̄tus fatuitã
 credit. **Omne** ei qd̄ innocenter
 agit ab eis p̄cul dubio stultũ
 putat: et qd̄ i ope veritas
 approbat. sapie carnali fatu-
 um sonat. **Et** nãqz stulti-
 us videt mũdo q̄ mentẽ v̄-
 bis ostendẽ. nullis iurijs cõ-
 tuelias reddẽ. p̄ maledicẽti-
 bus orare. paup̄tatẽ querẽ.
 rapiẽti nõ resistẽ: p̄turiẽti
 maxilla alteram prebere.
 possessa relinquere.

Unde bene huius mundi dilectoribz
 ille egregius dei sapiens dicit.
Abhominacões egyptioz imo-
 la dño dõ nro. **Quis** quippe e-
 giptij edẽ dedignat. **Sz** qd̄ ab
 hoĩnant egyptij. hoc israhelice
 deo offerunt: qz simplicitatẽ scie-
 quã iusti quiqz velut ifirma
 abiectãqz despiciunt. **hac** iusti
 in v̄tutis sacrificiũ v̄tutẽ: **ip̄tatẽ** ac
 m̄suetudinẽ deo imolat. quã
 abhominates reprobi fatuitatẽ
 putat. **Hec** gregorius. **Sic** igit̄
 habem⁹ de dono sapientie
Sz **considerãdũ** sequẽt q̄ sp̄s
 sc̄s cum inhabitat cor hoĩnis per
 gratiã suã. m̄tem mirabilẽ re-
 fiat ac p̄ septẽ dona sua eã su-
 auit pascat: et i ea qd̄dã viuũ
 u sp̄uale ac delabile facit. **Sz**
 et ip̄a dona seu v̄tutes se iui-
 cẽ pascat ac sibi suffragant: ne
 detimentũ aliqd̄ vel ruina paci-
 ant. **De** hoc beat⁹ gregorius in
 libro moralium expones illa v̄-
 ba. et ibat filij eius et faciebant
 viuua p̄ domos: sic ait. **Filij** p̄
 domos viuuiũ faciunt: dũ v̄tu-
 tes singule iuxta modũ p̄p̄riũ
 m̄tem pascat. **Un** et bene ibi-
 dẽ subdit. **Unusquisqz** in die suo.
Dies ei vniuscuiusqz filij e: illũ
 nacio vniuscuiusqz v̄tutis. **Et** e-
 nĩ **hec** ip̄a dona breuit̄ septi-
 formis gr̄e replicẽ: aliu diem
 habet sapia. aliu intellẽs. aliũ
 u siluũ. aliu fortitudo. aliu
 sc̄ia: aliu pietas. aliu timor.
Sapia ergo i die suo viuuiũ fa-
 cit: qz mentẽ de etnoz spe et
 citudinẽ reficit. **Intellect⁹** i die

Scia vō i die suo diuiniū facit: qz in
vetro mētis ignorācie ieiuniū supat. **D. i**

suo diuiniū facit: qz in eo qd au-
dita penetrat. reficiēdo cor. illu-
trat tenebras ei. **C**ōsilū i die
suo diuiniū exhibet: qz dū esse
papat em prohibet. vacōe aum
replet. **F**ortitudo i die suo diu-
iniū facit: qz dū adūsa nō me-
tuit. trepidati mēti abos. **F**ide-
tie apponit. **D**ietas i die suo cō-
iuniū facit: qz cordis viscera
misdie opibz replet. **T**imor i
die suo diuiniū parat: qz pmit-
mentē ne de pntibz supbiat. et
de futuris illā spēi cibo confortat.
Sz illud in hoc filioz cōiunio
cibo pscritādū vīdeo: qz semet
ipos iuicē pascat. **V**alde ei si-
gula qlibet destituit: si nō vna
alie vtus vtuti suffraget. **M**i-
nor qppe ē sapia si mēllcū care-
at: et valde iutilis itelles si
ex sapia nō subsistat: qz cū ali-
ora sine ^{sapie} pōde penetrat. sua
illū leuitas qūius vūturū le-
uat. **V**ile ē cōsilū cui robur for-
titudis deest: qz qd tractando
iuenit. carēs vūtibz usqz ad p-
fciōne opis nō pducit. **E**t val-
de fortitudo destituit nisi pet-
cōsilū fulciat: qz quo plus se
posse aspiciat. eo vtus sine mo-
deramē vacōis i preceps de-
terius vuit. **N**ulla ē scia si i-
tilitātē pietatis nō habet: qz
dū bona agnita exequi negli-
git. sese ad iudiciū auctius strin-
git. **E**t valde iutilis ē pietas
si scie disarcōe careat: qz nlla
hāt scia illūinat. quō misēat
ignorat. **T**imor qz ipse nō has
eciā habuerit ad nullū opus

pauldubio bone actiois surgit:
q dū ad cūcta trepidat. ipsa
sua formidine a bonis oibus
torpēs vacat. **N**ā ergo altna-
to misterio vtus a vtute refi-
cit. rē dicit qz apud se diuiniat.
viciissim: cūqz vna aliā sustētā
do subleuat: qz p dies suos nu-
merosa soboles pascendo diu-
iniū parat. **H**ec gregoriū. **E**x
hijis ergo vobis bēi gregoriū col-
lige possum. qz vnu donū si-
ue vtus subsiste sine alia nō
pōt: qz nisi fulciat vna p alte-
rā: nōnūqz etiā ipa vtus in
viciū declinat ac tuit. **E**id p
bat idē bēi gregoriū i libro se-
ezechiele sic dicit. **I**n mente
etenū nra p m^o grad^o ascēsiōis
ē timor dñi: secund^o pietas. t^o
scia. q^o fortitudo. q^o cōsilium.
sext^o intellectus: septim^o sapia.
Est ei timor dñi in mēte. **S**ed
qualis iste timor ē. si cū eo pie-
tas nō est? **Q**ui ei misēri pri-
mo ignorat. qz opati ei tūbulati-
oni nescit. et dissimulat: hui^o
tior ante dei oculos null^o ē qz
nō subleuat ad pietatē. **S**z se-
pe pietas p iordiatā misēriā
errare solet: si forte pepercit
que pccēda nō sūt. **P**ccā ei qz
ferri gehēne ignibz pnt: disa-
pline sūt vberē corrigēda.
Sz iordiatā pietas cū tpaliter
patit. ad etnū supplicū pnt.
Vt ergo ven et ordiatā sit pie-
tas ad gradū ē alii subleuāda.
id ē ad sciam: ut sciat vel qd
ex mīa puniat v^l qd dimittat.
Sz qd si sciat qd agē debeat

quisq; virtute vobis agendi non habeat. *S*cia ergo nra crescat ad fortitudinem: ut cum videt quod agendum sit: hoc age per fortitudinem possit: ne timore trepidet. et pauore collapsa non valeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improvida fuerit et minus de vicia respiciat: ipsa sui presumptio in casu truit. *A*scendat ergo ad consilium: ut prouidendo preueniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest: si intellectus deest. *E*ra quod non intelligit malum quod agere conatur: quomodo potest bonum solidare quod adiuvat. *I*taque a consilio ascendam ad intellectum. Sed quod si intellectus magno quidem acie vigilet: et moderari se nesciat per maturitatem. *A*b intellectu ergo ascendam ad sapientiam: ut hoc quod acie intellectus uenit: sapientia mature disponat. *Q*uia igitur per timorem surgimus ad pietatem: per pietatem ad scientiam duam: per scientiam ad fortitudinem roboramur: per fortitudinem ad consilium tendimus: per consilium ad intellectum proficimus: per intellectum ad maturitatem sapientie venimus: per hos septem gradus ad portam ascendimus: per quam nobis ad vitam spiritualis aperit. *E*ra per timorem dei humiles: per pietatis studium misericordes: per scientiam discreti: per metus fortitudinem liberi: per consilium cauti: per intellectum prouidi: per sapientiam maturi efficiuntur. *H*ec gregorius. *C*um igitur tante efficacie sint dona spiritus sancti: manifeste apparet

quod hec dona non solum mudant cor et purgant mentem hominis: sed etiam seruat corpus et animam in opunitate. *S*ic igitur habemus declaratum et expositum de septem donis spiritus sancti. *D*e octo beatitudinibus in generali. *Ca. xij.*

Doctus igitur filius edoctus sum de septem donis spiritus sancti: nunc de beatitudinibus quas dominus enuntiat in euangelio: et utrum etiam ipse beatitudines valeat ad purgationem cordis: de hoc cupio a te o pater edoceri. *Pater.*

Sane debes fili: quod septem sunt beatitudines secundum distinctionem graduum: quibus octo sint secundum essentiam. *Q*uas saluator enuntiat in sermone in monte: scilicet paupertas spiritus: mitas: luctus: esuries iusticie: misericordia: mundicia cordis: et pax. *N*am beatitudinis accipit secundum integritatem perfectionis. *R*equiritur autem ad integritatem perfectionis tantum: sed regressus a malo: processus in bono: et perfectus status in optio. *S*ane autem malum proredit ex timore superbie aut ex rancore malicie: aut ex languore concupiscentie. *C*ont hec ita sunt tres beatitudines: scilicet paupertas spiritus et malum timoris: mitas et malum rancoris: luctus et malum libidinis. *I*tem processus in bono attendit secundum diuinam imitationem que est secundum duas vias domini scilicet misericordiam et veritatem: de quibus in psalmo. *V*niuersa me domini misericordia et veritas. *I*gitur secundum has duas

bias sumunt due beatitudines: scilicet
 esuries iusticie. & affectus misericordie.
 Preterea statim in optio accedit in
 duobus: scilicet in lipida cognoscere: et
 in tranquilla affectione. Secundum hec
 sumunt due ultime beatitudines:
 scilicet mundicia cordis ad deum vide-
 dum. et pax mentis ad perfectum fru-
 dum. Et notandum quod ad bonum se-
 nit ordinate habet animam. si bo-
 na temporalia non diligit. si vera
 bona esuriat et siciat: si eisdem
 bonis ita adhaereat ut nulla
 pena ab eis separari valeat. Ad
 primum pertinet illud beati paupes
 spiritus: ad secundum. beati qui esuriunt &
 siciunt iusticiam: ad tertium. beati qui
 persecutionem patiuntur propter iusticia-
 am. Ad malum vero ordinate se
 habet anima. si nullum malum pri-
 mo inferat: si sibi ab alio illatum
 vel gratis assumptum equanimiter
 ferat: si alij illatum malum pro-
 posse auferat: si studiose cauet.
 ut non inquinetur malo culpe.
 nec perturbetur malo pene. Ad
 primum pertinet illud beati mitis:
 ad secundum. beati qui lugent. ad tertium.
 beati misericordes. ad quartum. beati
 mundo corde: ad quintum. beati pa-
 cifici. Sciendum etiam quod per beati-
 tudines excluduntur septem vitia
 capitalia. Paupertas spiritus exclu-
 dit superbiam. mansuetudo iram.
 luctus invidia: quoniam qui lugent pro
 peccatis aliorum non invidet illis: esu-
 ries iusticie accidia. misericordia
 auaricia. mundicia cordis gula:
 quia cordis mundicia non ser-
 uat ventrem ad modum bruti ani-
 malis: pax excludit luxuriam.

am: quoniam gustato spiritu. desipit
 omnis caro. Hinc igitur premissis
 de beatitudinibus in genere aliquot:
 nunc in specie de unaquaque beati-
 tudine videamus. **De paupertate spi-**

Prima ritus. **Capitulum xv.**
 beatitudo est paupertas
 spiritus: et potest sumi pro
 abstinentia ab amore mundi:
 id est ab amore carnalium volup-
 tatum ac diuitiarum et proprie excel-
 lencie. Hec tamen impletur amor
 mundi. Unde dicit super lucam.
 Paupes sunt: qui non querunt il-
 lecebrosa. Super mattheum quoque
 dicit. Paupes spiritu sunt humiles de-
 um timetes. Alia etiam glossa dicit:
 quod paupes sunt qui nichil habent
 et omnia possident. Spatialiter tamen pau-
 pes spiritu sunt contemptores mundi
 et humiles. Unde paupertatis deu-
 otio duas habet partes: rerum abdi-
 cationem et spiritus contumeliam. Contem-
 ptoribus vero rerum temporalium permittit
 et est regnum celorum quod iure opti-
 onis. Unde dicit Bernardus. Paupi-
 bus et meretricibus pariter permittit
 regnum celorum. Est etiam humilium
 regnum celorum: iuxta illud. Simi-
 te pueros venire ad me: talium
 est enim regnum celorum. Unde quilibet
 deuotus et maxime religiosus de-
 bet virtutem paupertatis et humili-
 tatis seu vilitatis diligere: et si
 sibi assumere non abicit si desi-
 derat regnum celorum possidere.
 De hoc beatus augustinus in perso-
 na domini sic dicit. Venale ha-
 beo. Eius domine. Regnum celo-
 rum. Quo emittitur: Paupertate
 regnum: dolore gaudium. labore

reges. militate gloria: morte
vita. **Hec augusti?** **Sz** notan
dū qd nō oīs paupertas seu hu
militas accepta est deo: s; so
lū illa q̄ volūtate pp̄t amo
re dei assumit placita ē illi.
Vnde p̄ b̄m bernardū dicitur.
Nō paupertas v̄tus reputat:
s; amor paupertatis. Deniq; b̄m
paupes: nō rebz s; spū.
Dicit etiā de hoc crisostim⁹.
Et ei multi sūt hūiles nolē
tes. verū necessitate coacti:
non ē laus. Vñ illos dñs leti
ficat: q̄ seipos ex elatione leti
ficat. Ideo at̄ hic incipit radi
cat⁹ euellēs supbiā. q; her fuit
radix ⁊ fons malicie vniuersē:
cont̄ quā ponit hūilitatē ve
lut qdā stabile fundamētū:
qua subiecta cū stabilitate a
lia supedificat. **Hac** at̄ desti
ta: peunt q̄cūq; congregaueris
bona. **Hec crisostim⁹.** **Cōside**
randū etiā qd aliq̄ sūt spū di
uites. aliq̄ vō de spū nichil
habētes: aliqui at̄ spū pau
pes. De quibz richard⁹ de s̄o
victore sic dicit. **Alij** sūt spū
diuites. aliq̄ quodāmodo de spū
nichil habentes: aliq̄ spū pau
pes. **Spū** diuites sūt supbiē
tes: de spū nichil habētes
nimis pusillāimes: spū pau
pes hūiles. **Supbiētes** faciūt
nō faciēda p̄ elationē: pusil
lāimes faciēda p̄mittunt
p̄ pusillanitatē: hūiles non

faciēda p̄mittūt et faciēda
faciūt p̄ hūilitatē. **Paup̄tas**
itaq; spū nichil habēs defec
tiōis nichil supfluitatis: p̄ vi
ā regiā ducat ad b̄itudinem
supnā. **Hec richard⁹.** **Sic** igit̄
habem⁹ de p̄ma b̄itudine.

De mititate Caplm. xvj. C

Secūda b̄itudo ē miti
tas. q̄ sequit̄ imedia
te paupertatē: q; nō p̄
dest ee paup̄em et carē diui
cijs: nisi q̄s mitis et mā sue
tus fuerit. De hoc dicit b̄m
ābrosius. **Cū** simplicitati itent⁹
fuerō iops: sup̄ est ut mores
meos tēperē. **Qd** ei p̄dest
m̄ carē sc̄laribz. n̄ fuerō mi
tis. **Hec ābrosi⁹.** **Mitis** at̄ il
le ē quē mētis asp̄tas seua
māritudo nō affiat: s; simpli
citas fidei ad oēm iūuā pa
ciēt̄ paciēda instruit. Vñ di
cit b̄m augusti⁹. **Mites** sūt q̄
redūt ip̄robitatibz: et nō re
sistūt in malo. s; v̄gūt in bo
no malū. **Cū** igit̄ am⁹ ex
aliq̄ occasioe ad iracūdiā cō
mot⁹ fuit: n̄cē ē ut refrenet
i se ip̄acie motū: ne v̄tutem
māfuetudis ac mititatis per
dat. **Ad** hoc hortat̄ b̄m ābrosi⁹
sic dices. **Mitiga** affectū ut
nō irascaris: aut c̄te iratus ne
peccaris. **Predarū** ē enī mo
tū t̄pare p̄silio: nec minoris
v̄tutis dicit. **cohibē** iracūdiā
q̄ oīno nō irasci: cū plerq;

D.

istud leui. hoc fortius estimet.
Hec abrosi. S. notadu q sunt
 nonnulli q mites ac mansueti
 ee vident q diu nichil adu
 sitatis paciut: cu vo aliq oc
 casio adusitatis illis occurrat.
 q loge sit a vera mansuetudi
 ne. eoz ipacia patefacit. De
 talibz dicit bns bnard. Snt a
 liqui mites: s q diu nichil a
 git aut dicitur nisi p eoz ar
 bitrio. Patzbit at q loge sit
 a vera mansuetudie: si vel le
 uis oriat occasio. **Hec bnard.**
 Diligeda vo e hec mansuetu
 dis vtus: q i hoine multa bo
 na opat. De cui amedatoe
 iohes abbas motis synar. sic
 ait. **Mittis e pacie firmam
 tu: caritatis porta. cofidacia i
 orone. spūs scti locus. xpi imi
 tatio. angeloz appropiacio. de
 monū viculu: et itra amari
 tudine scutu.** In cordibz ei mi
 tuu reqesat dñs: aia vo itur
 bas aturbata sedes demonū.
Hec iohes abbas. S. sidera
 du q sut nonnulli ita mites:
 ut nullā curā habē velūt de
 vita aliena. Neinē quippe
 curāt de bono amone. nemi
 nē de malo corripe. Et talis
 mansuetudo nō ē amedabilis:
 s potius rephensibilis. Hoc
 tāgit rychard de sctō victore
 ita dices. **Mites sut lenes &
 paciētes: qui neinē ledūt &
 iprobis cedūt. Sūt at quidā**

qui ita mites ee volūt ut nichil
 curēt de vita aliena. neinē de
 bono amoneat: neinē de ma
 lo corripiat. S. talis lenitas
 nō est multū laudada: quia
 patit defectū ubi debet exeri
 ce vtutis effm. Tales igit de
 bet ee mites ut neinē ledat:
 mala illata paciēt sustineat:
 et nō solū suā. s nec alienā
 negligat vitā. ut si opus fuit.
 et bonis ad meliora exhibe
 at exhortationē. et malis de
 malo correptionē. Est ei ma
 dus in rebus: q sicut homo
 nō debet ee nimie aspitatis
 sic nec debet ee nimie leni
 tatis: ut int dextrā et sinistm.
 p discretā mansuetudinē ad
 btitudis pueniat trā. **Hec r
 chard.** Qui igit puenire de
 siderāt ad hēditatē celestē &
 ad trā viuētū: debet mites
 ee & mansueti corde ut ipsam
 valeat posside. De hoc btus
 augustin sic dicit. **Ruxent
 igit imites & dimicēt p rebz
 tpalibz & tvenis. s bti mites.
 qm ipsi hēditabūt trā: de q
 euelli nō pnt.** Illa inquā ter
 rā: de qua i psalmo dicit.
**Portio mea dnē. sit i terra
 viuētū. Significat ei quādā
 stabilitatē hēditatis ppetue:
 ubi p bonū affectū aia tūp
 loco suo reqesat sicut corp
 in trā: et inde cibo suo alit
 sicut corpus ex trā. Ipsa est**

Cam

reges et vita scōz. **H**ec augustinus. Sic igitur patet de scda beatitudine. **De luctu. Cam**

Tercia bñtudo ē xvij luctus. q̄ sequit̄ imediate mititate siue mā suetudinem: q̄ mā suetudine mitis debet reuocare añ mētis oculos p̄ccā q̄ fecit. et p̄ illis luctū habē. Ad hoc hortat̄ bñs augustinus sic dices. Cū hoc feceris ut sis paup̄ et mitis. memento q̄ p̄ccator es: et lugeto p̄ cuncta tua. **Uñ** sequit̄: bñ qui luget. Et bñ t̄ia bñtudo est p̄ccā deflentū: q̄ trinitas ē q̄ p̄ccā donat. Luctus at̄ p̄ut sumit̄ pro bñtudinē ē gracia vehemēt̄ dolendi de malo qd̄ accidit: v̄l de bono qd̄ deficit. **Uñ** luctus ē lugē p̄ p̄ccō et odie ipsū: ita ut iurgam̄ ad destructionē ipsū. **Uñ** lugē at̄ de malo ut fugiam̄ ipsū inq̄ntū auertit̄ ab amato: sic lugē ē solū caritatis. **Uñ** lugē v̄o de aliquo spū ali ē cuiuslibet v̄tutis: q̄libet ei v̄tus luget de suo striano. Et notādu q̄ quatuor sūt spēs luctus. **Primus** ē luctus p̄ p̄ccō p̄ccō: de quo p̄ psalmistā dicitur. Spiritus aquarū deduxerūt oculi mei: q̄ nō custodierūt legē tuā. **Secūds** luctus ē p̄ alienis p̄ccō: vñ dicit̄ iheremie nono. **Q̄s** dabit capiti meo aquā et oculis meis fonte lacmarū: et plorabo die ac nocte īterfectiōne filie ppli mei. **Tercius** est p̄ icolatū miserie: de q̄ dauid. **Heu** in q̄ icolatū meus plon-

gatus ē. **Quartus** est p̄ dilatioe patrie: vñ i psalmo. **S**up flumina habilonis illic sedim̄ et fleuim̄: dū recordarem syon. **Sz** considerādu q̄ sūt nōnulli qui dāpna rerū t̄paliū et mortē caroz suoz luget: dāpna v̄o spūaliū ac detrimēta v̄tutum lugē nō curat. **Sz** q̄ solari a dno desiderat. nō ē ut p̄ p̄ccō suis luctū habeat: et p̄ defectu v̄tutū plāctū sibi assumat. De talibz dicit richardus de scō victore. **Heu** q̄ multi luget caros suos: qui neq̄m luget semet ipsos. **Uñ** multi luget dāpna corpalia: qui lugē et tēpnūt dāpna spūalia. **Uñ** aliq̄s ifirmatur aut morit̄ luget amia: q̄n at̄ peccat dāpnabiliter. nō luget. **O** sanitas isana: o visio ceca: o vita mortua. **De** istis q̄ nō sūt lugēda et parum lugēda gūter luget: et gūter lugēda. dāpna scz spūalia nō luget. **Augram** igit̄ frēs: lugē am̄ amissionē bonoz operū et v̄tutū. **Augreat** corruptus a missionē v̄ginalis itegritati: **lugreat** maliciosus amissionem pietatis. **lugreat** supbz amissionē hūilitatis. **lugreat** iracundus amissionē mēte t̄nquil litatis. **lugreat** auarus amissionē largitatis. **lugreat** ebrosus amissionē sobrietatis. **lugreat** accidiosus amissionē spūalis exultacōis: **lugreat** inuidus amissionē caritatis. **Uñ** nāq̄ q̄ luget modo p̄ p̄ccō: q̄a solabit̄ p̄ indulgētiā. deinde

p̄ccō

eam p iusticia: postremo at p
 gloria. Possunt etiam dice ta
 ee genera spualit & fructuose
 coram oculis creatoris luge
 tuu. Alij naqz luget p idulge
 tia culpe: alij luget ex sua
 uitate grē diuinitis sibi colla
 te: alij a pliori feruore accē
 si luget ex desiderio future
 glorie. Et in hys oibz bti qui
 luget: qz qui semināt in lac
 rimis i exultacōe metet. Abst
 get ei deus onē lacrimā ab o
 culis scōz suoz: et nō erit
 a plius neqz luctu neqz clāoz
 s nec ullus dolor: qm pōza
 trāsiēnt. Hec rchard. Et
 notādū q sūt nōnulli qui i
 luctu et lamēto pnie nō pse
 uerāt: s post gemitū quem
 p pāis suis habuerūt. ad di
 uisas leuitates & ad vba scurr
 lia et ad alia iconueniētia se
 tradūt: et ideo solacōe dina
 se puāt. De hoc bti bñardus
 sic dicit. Luctu eoz q pseuera
 tia non habet nō meret cō
 solatione. Alios inqz lugētē
 video: s si de corde pcedet nō
 tā facile soluent in visu. Nūc
 cū habūdācius ociosa & scur
 rilia vba pfluāt q pus lac
 me: huiusmodi de hys ee non
 arbitror quibz solacio dina
 pmittit: qnquidē post illas
 tā facile solacio admittit a
 liena. S; et hoc cōsiderādū. q
 multū valet ad habendū luct
 tū & gemitū p excessibz et
 pāis pus ppetratis. ut homo
 horā mortis & metū ardentē

gehēne ante metis oculos ha
 beat: et ut eam p tali luctu cō
 solatione a dño repmissam
 accipiat. Ad hoc faciendū hor
 tat bti bñardus sic dices. In o
 nibz opibz tuis mēorare nō
 uissima. Mortis horrore. iu
 dicii tremēdū discrimē: arde
 tis gehēne metū. ab oculis
 tuis elogari nullatenus paci
 aris. Cogita pegrinacōis
 tue miserā: recogita ānos
 tuos i amaritudie aie tue:
 et cogita huane vite picula:
 cogita fragilitate ppria. Et
 i huiusmodi cogitacōe si pse
 ueraueris: dico tibi parum
 senties qquid foris uidet ee
 molestū: dū toto corde ita
 molestia intiore occuparis.
 S; nec patet dñs sine solaci
 one te ee: qm ē pater mi
 sericordiaz et deus totius solaci
 onis: et implebit oino qd vei
 tas pollicet dices. Bti qui lu
 get: qm ipi solabūt. Sic igitur
 habet de tūa bñitudine.

De esurie & siti iusticie. Capm

Quarta bñitudo ē **xviii.**
 esuries & sitis iusticie:
 et sequit imediate
 luctū: qz hō post lamēta pe
 nitēcie incipit iusticia esurie & sitie.
 Vñ dicit bti ābrosius. Post
 q defleui uidelicet pāa: esu
 rive & sitire incipio iusticiam.
 Vñ sequit: bti qui esuriunt
 et sitiūt iusticia. Esuries vo
 iusticie ē: vehemēs desidei
 um iusticie siue summi boni.
 Et notādū. q iusticia hic re

capi potest gñalit' p bonitate
 vel pbitate seu rectitudie in
 te. Cũto at quis esurire iusti
 tie habet: tanto maiorẽ leti
 cia habet opandi iusticia. Et
 maioribz naqz veñi boni non
 e satis qd sũt iusti: s' sp sũt iustit
 opus iusticie et redde vnicui
 qd qd sũt est. videlicz sibi. pri
 mis et deo. Na ppter esurire et
 sitim iusticie multi sũt mortui
 sũt mũdo. etiã mortui multi
 sũt morte corpali: qz p illa mor
 ti se exposuerũt. Esurienda igit
 e iusticia. ut thezauri alijs
 thezauris puales. Vñ dicit
 eccliastia xxxix. Pone thesau
 ru tuũ in pceptis altissimi:
 et pderit tibi magis qd aurũ.
 Alios naqz thesauros relinquit
 homo cũ morit: s' hũc thesau
 ru videlicz iusticie etiã post
 mortẽ seũ defect. Vñ in apo
 calypsi dicit. Cõpa eũ illoz se
 quit illos. Et cõsiderãdu e qd
 oes hoies esuriũt et sitiũt.
 Alij esuriũt et sitiũt malũ. a
 lij bonũ. alij aurũ vel argẽtũ.
 alij possessiones innumeras.
 alij honores et scilicet voluptates:
 que oia saciare nõ pnt. Sola
 at est iusticia q pducit ad glo
 ria etnã: ubi sacietas eterna
 possidebit. De hoc richardus
 de scõ victore. sup illo vbo. bñ q
 esuriũt et sitiũt iusticia: sic di
 cit. Oes hoies esuriũt et si
 tiũt: s' alij esuriũt et sitiũt
 malũ: alij esuriũt et sitiũt
 bonũ. Alij eĩ esuriũt et sitiũt
 aurũ. argẽtũ et vestes pafas:

predia. vineas et possessioes inue
 ras. Ista tñ oia bona sũt in se:
 s' i hoc quodãmodo mala esse
 dicũt qd a malis male esuriũt
 et sitiũt. Sic et dñs iquũ dixit
 mamona id e diuitias: non qd
 res diuitiarũ eent ique. s' p
 iquitatẽ acquisite. Alij esuriũt
 et sitiũt pccates. honores. alij vo
 luptates. alij salutacões i foro.
 et vocari ab hoibz rabi: s' ta
 les nõ pnt saturari. Totũ enĩ
 mũdũ nõ sufficit hoĩ. qui e dñs
 mũdi. Nõ enĩ implet oculũ visu
 nec auris implet auditũ: nec in
 cetis sensibz pnt ho saturari ex e
 orũ delictis. Quid rex da
 uid bñ cõsiderauit: qui qñis
 habet ad comedendũ et bibe
 dũ nõ solũ ad nccitatẽ. s' etiã
 si vellet ad supfluitatẽ: et tñ
 dixit. Satiabor cũ apparuerit
 gloria tua. Esuriam igit et
 sitiam nõ tñsitoria nõ tñena.
 s' iusticia: qz p esurire et sitim
 iusticie pueniẽ ad sacietatem
 eterne glorie. Hec richardus.
 Sic igit patz de quarta bñtude.

Q De misericordia. Ca^m xix. Q
 uinta bñtudo e mise
 ricordia: et seqtur im
 mediate iusticia. Vñ dicit qdã
 glosa. q misericordia et iusticia ita
 iuncte sũt: ut altera ab altera
 debeat tpari. Iusticia enĩ sine
 misericordia crudelitas e: misericordia
 vò sine iusticia dissolutio. Vñ
 post iusticia de mĩa cõsequet
 diat. Bñ misericordes: qm p
 si misericordia cõsequentur
 Et nõndũ q misericordia e virtũ

k

p̄ quā aīn̄ sub calamitate af-
 fluctoz mouet. **S**ed̄m damas-
 cenū vō misēdia ē tristitia in
 alienis malis. **V**n̄ illi miseri-
 cordes sūt ⁊ dicūt: qui de malo
 altius q̄ de suo dolet. **D**e hoc
 remigius. **M**isericors dicit:
 q̄ miseriū habes cor. qz alti⁹
 miseriā q̄ suā reputat: et de
 malo alteri⁹ q̄ de suo dolet.
Hec remigius. **D**ebet ergo
 vnusquisqz fidelis cui suppet
 res t̄pales op̄ misēdie ī pau-
 pes exercere eleosinas largiē-
 do: ut p̄ hoc deū creatorem
 oīm ad miserēdū sibi debito-
 re faciat: qz qd̄ paupibz tri-
 buit in gazophylaciū xp̄i
 mittit et ī manu dei poit.
De hoc b̄s augusti⁹ sic ait.
Dicit tibi xp̄c. **D**a michi de
 eo: qd̄ dedi tibi de meo. **Q**ue-
 ro: ⁊ michi nō donas. **D**a. et
 reddo. **H**abuiſti me largito-
 re: facio debitore. **H**ec augus-
 tin⁹. **I**te dicit. **M**an⁹ paupm
 sūt gazophylaciū xp̄i: vñ qd̄
 in man⁹ pauperz ponit in
 gazophylaciū xp̄i mittit: p̄-
 mo qd̄ plus ē in manu dei
 ponit: et iā auferri nō p̄t
 ei qui dedit: n̄ nō sit q̄ de
 manu ei⁹ possit eruere. **H**ec
 augustin⁹. **S**i vō aliquis reli-
 gios⁹ ē vel paup qui nō habz
 vñde t̄buat necessitatē paci-
 enti: debet tñ facē qd̄ ī se ē
 videlicz sp̄ passionē apud pri-
 mos miseriā paciētis exhi-
 bendo: qz nōm̄qz maioris ē
 meriti ex corde p̄rio sp̄ati:

q̄ t̄renā substāciā eide t̄bu-
 ere. **V**n̄ dicit b̄s gregori⁹.
Exiora largiēs rē ext se-
 metipsū p̄buit: qui at̄ fletū
 et sp̄ passionē p̄rio tribuit.
 ei etiā aliqd̄ de seip̄o dedit.
Hec gregori⁹. **Q**ui ergo mi-
 sericordia a dño ⁊ sequi desi-
 derat: ip̄e op̄ misēdie ⁊ pie-
 tatis p̄prio ip̄ende studeat.
De quo dicit r̄chardus. **D**e-
 aci misericordes: qm̄ ip̄i mi-
 sericordia ⁊ sequent. **S**i vñ
 ergo misericordiā accipere:
 misericordia exhibe. **Q**uā-
 te inq̄: et dimitte mī. **S**ed̄
 enī mensurā q̄ mensi fueri-
 tis: remetiet vobis. **B**eati
 quoqz misericordes: qui ali⁹
 in miserijs suis assistunt.
 et eos sc̄dm possibilitatē su-
 ā defendūt ⁊ p̄regūt. **H**ec
 r̄chardus. **S**ic patz de q̄nta
 b̄titudine. **D**e mūdicia cordis.
Sexta bea **Cap. xx.**
Titudo ē mūdicia cor-
 dis. et sequit ime-
 diate misēdia: qz qui opa
 misēdie exercet nisi hoc mū-
 do et simpli corde feat mer-
 cede et̄na se p̄uat. **V**n̄ di-
 cit b̄s abrosius. **Q**ui mi-
 sericordiā defert miseri-
 corā amittit: nisi mūdo cor-
 de misereat. **N**ā si iactan-
 ciā querit. nullus est fruct⁹.
Vn̄ sequit. **B**eati mūdo
 corde. **M**ūdicia vō cordis
 est utriqz hoīs integritas. **D**i-
 uini amoris it̄tutu obser-
 uata: qua clarificat cor et

mūdat ad videndū deū & ardē
tiffie diligendū. De hoc ra
ban⁹ sup illud v̄bū. b̄t̄ mūdo
corde qm̄ ip̄i deū videbūt.
sic dicit. Mūdi cordis sūt q̄s
nō arguit ulla sc̄ia p̄c̄a: v̄n
mūdo deus mūdo corde d̄spi
cit: et tēplū dei nō p̄t eē pol
lutū. Deū em̄ mūdi cordis
vidēt hic p̄ gr̄am in enigma
te: in futuro at̄ facie ad fac
em. Hec raban⁹. Necessē est
ergo qui deū desiderat vidē:
ut oculos cordis ab oī squalo
re p̄c̄a tergat. V̄n dicit leo
papa. Splendore veri lūnis
sordēs aīes vidē nō poterit:
et qd̄ erit iocūditas mēt̄bz
nitidis. hoc erit pena macu
losis. Declinet ergo t̄renax
caligines vanitatū: et ab oī
squalore iūctatis. it̄eriores oca
li tergant: ut serenius it̄uit
tanta dei visione pascatur.
Hec leo. Eūtomagis at̄ v̄n⁹
quisq; a malis opibz se abs
traxerit et iusticiā dilexerit
ac bona opa fecerit: tanto
āplius sc̄dm̄ possibilitatem
humanā mentis oculis de
um videbit. De hoc c̄losth⁹
sic dicit. Qui eī oēm facit
iusticiā et cogitat. mētē su
a deū videt: qm̄ iusticia fi
gura dei ē. Deus eī iusticia
a est. Sc̄dm̄ ergo q̄ aliquis
eripuerit se a malis et fecit
bona: sc̄dm̄ hoc videt deum
aut parū aut āplius aut in
terdū aut semp̄ sc̄dm̄ possi
bilitatē humanā. In sc̄o autē

illo mūdi corde deū videbūt
facie ad facie: nō in speculo &
in enigmate sicut hic. Hec cri
sostim⁹. Nūdem⁹ ergo nos nō
solū ab opibz p̄iis verūc̄ia
a cogitacōibz imūdis: ut deū
vidē meream⁹ in celis. Quia
sc̄dm̄ q̄ r̄chardus de sc̄o vic
tore dicit. Mūdo corde sūt
illi qui nec puluē iūtilis co
gitacōis. nec luto fedant⁹ p̄
ue delectacōis. Mūdo corde
sūt. quos nō tetigit nebula te
tre ignorācie: nec corrūpit ar
dor fede cupie. Nūdem⁹ er
go corda n̄ra ab oī ignorācia
p̄ inisicōnē veritatis: et ab
oī puerfa cupia p̄ amore
virtutis: ut meamur deū vi
dē in gloria regni celestis.
Hec r̄chard⁹. Sic igitur ha
bem⁹ de sexta b̄t̄itudine.

S De pace. Ca. xxj.
Septima b̄t̄itudo ē pax.
et sequit⁹ imēdiatē
mūdiaciā cordis: q̄a purgato
corde ab oībz passionibz in
ciōz et carnalū delectacōnū
ac imūdarū affectionū: inci
pit homo pacē intiorē et t̄n
quillitatē mēt̄is possidē. V̄n
dicit b̄s ambrosius. Cū inte
riora tua vacua feceris ab
oī labe p̄c̄a ne dissentiones
atentionesq; ex affectu tuo
prodeat a te pacē incipis:
ut sic pacē alijs feras. V̄n
sequit⁹: b̄t̄i pacifica. Et no
tandū q̄ pax est status v̄tu
tis: in quo ē delectacō i deo
sine contradictione carnis. mū

et tranquillitate in se seruet
ac custodiat: et proximis su-
is sibi aduersantibus se pacifi-
cum et benignum exhibeat: ut
hereditate filijs reppmissa pos-
sede valeat. De huiusmodi
pacificis. richardus de sco mo-
tore sic dicit. Pacifici sunt. qui
in semetipsis pacem faciunt et
concordare norunt: qui inuicem adu-
santia subigunt. virtutes eni-
gunt. et quicquid in se posse co-
gitacionis. locacionis. operisue
deprehendunt. prudentes et potes-
ter expellunt: nec aliquid potest
bacionis in regno sue dominacionis
permittunt: et si quod eis aduersan-
tis intigerit pacem in sua ser-
uat: et cuncta cum cordis sui tran-
quillitate iudicat. Pacifici
sunt. qui cum eis a malis ma-
la inferunt. mala minime ret-
bunt: sed cum hijs qui oderunt pa-
cem sunt pacifici. Pacifici sunt.
qui non in se tantum pacem custo-
diunt: verum et alios discordan-
tes ad unitatem pacis redu-
cunt. Isti filij dei vocabuntur: quia
deus summa pax est et quia cum
tranquillitate iudicat. Filij dei.
fratres christi. Isti filij per gratiam.
christi filij per naturam: heredes
dei. coheredes autem christi. Hec
richardus. Sic igitur patet de sep-
tima beatitudine. **De professione**
O psecucionis. **Ca. xxij.**
Octava beatitudo est pro-
fessio psecucionis propter
iustitiam. et sequitur imme-
diate pacem: quia habita pa-
ce et tranquillitate cordis pro-

victoria viciorum et carnalium de-
lectacionum: abilius est homo et
expeditior ad suscipiendas perse-
cuciones a proximis illatis. Pra-
cor bene purgatum a cupidi-
tate rerum temporalium et ambitione
mundanorum delectacionum. non val-
de perturbatur si a perversis hominibus
tam in dampno rerum quam etiam in
vitijs et inuicem aliquam iniuriam
patiat: quia qui gloriam mundi
non querit nec etiam pertimes-
cit: et ideo persecutionem pacem
sustinet propter iustitiam.
Et notandum quod quis fideles
propter fidem christi ab infidelibus
nunc nulla persecutionem paci-
ant: tamen cum aliquis propter veri-
tatem et iustitiam etiam a suis ali-
quid patitur. mercedem martirij
non perdit. De hoc dicit
crisostomus super matheum. No-
tandum dicit. beati qui a gentilibus
persecutionem patiunt: ne putet
illum solum beatum qui persecutio-
nem patitur. Sed et si quis ex po-
tenteribus qui christiani videntur.
propter peccata sua a te forsitan cor-
reptus fuerit te persecutus: habes
es cum iohanne baptista. Si enim
verum est. quod prophete martires sunt
qui a suis occisi sunt: sine du-
bio qui propter causam dei ali-
quid patitur. etiam si a suis pa-
tit. mercedem martirij habet.
Et ideo non posuit scriptura
personas persecutentium sed solam
causam persecutionis. ut non
aspicias quos te persecutatur. sed pro-
pter quid. Hec crisostomus. Co-
siderandum etiam. quod multi pa-

tuitur psecutione. **M**ali ei
 psecutione patiuntur ppter cul
 pa: boni vō psecutione pa
 ciunt ppter iusticia. **O**mnē
 ei qui pie viuē volūt in xpo:
 psecutione patiūt. **U**n sūsti
 netibz psecutione vl' qlibet
 aduīsa paciā nōtaria ē: ne
 pmiū pdat etne glorie. **D**e
 hoc **thomas** de scō victore
 sic dicit. **M**ulti paciūt pse
 cutione: s; alij paciūt ppter
 culpa: alij paciūt ppter ius
 ticia. **P**pter culpa paciūtur
 mali: ppter iusticia paciūtur
 boni. **L**atō suspēdit ppter
 culpa: iustus nō pōt suspē
 di nō ppter iusticia et innocen
 tia. **S**z dicit aliqō. **N**emo
 pōt modo p psecutione atti
 gē ad bēitudinē: qā nūc in
 pace consistūt oīa: et scā ecclē
 sia fere de nulla pte patit
 aduersa. **E**t ego dico qz u
 biqz psecutioēs sūt: qā coti
 die in penetralibz scē ecclē
 psequit cayn abel. hysma
 el ysaac. ezau iacob. id est
 ipius iustu: et si qō psecu
 tionē nō patit ab extneis: pa
 tit tñ a falsis frīb. **O**es ei
 qui pie volūt viuē in xpo
 psecutione patiūt. **E**ra igit
 nō cessat psecutioēs paciēcia
 nobis necessaria ē: ut repor
 tem⁹ repmissioēs. **D**e ar hys
 qui pdunt paciēcia: qz per
 dūt paciē conā. **N**ō ergo
 murmurē⁹ si in paucis
 verem: qā in multis bene
 disponem. **I**git p paup̄ta

te spūs ptingit ad regnū celo
 rū: p mansuetudinē suē leni
 tate ad terrā uiuētū puenit
 p luctū ad verā solationē.
 p iusticie sitim et esurie ad
 supne iocunditatis saetate.
 p misericōdia tpalit factā ad mi
 sericōrdia etnā. p cordis mū
 dia ad dei visionē. p pacē
 ad dei filiationē: p presētē
 psecutionē ad etnā celestis
 regni tranquillitate. **B**eati
 ergo qui psecutione patiūt
 ppter iusticiam: qm ipoz est
 regnū celoz. **H**ec **thomas**.
Unde octo sūt bēitudines qz
 tū ad essentia ut supdictū ē:
 s; tñ septē ad distinctionē g
 diu. qm sup pacē nō ē ut
 alia. **D**icit ei bē⁹ **augustinus**.
Pax ē finis et consumatio om
 nū virtutū. **O**ctaua etiā dicit
 redire ad caput duobz modis.
Pmo. qz idē pmiū sibi pro
 mittit qd pme bēitudi: scilz
 regnū celoz. **S**cdō. qz oēs p
 bat ab ulnā usqz ad pmam
 vtrū vere sint. **U**nde dicit be
 at⁹ **gregorius**. **Q**ualis vn⁹
 quisqz apud se lateat: illata
 dūctua pbat. **E**t notandū
 qz habitz virtutū cardinaliū
 pncipaliter disponūt ad exer
 ciciū vite actiue: habitz vō
 donoz disponūt maxie ad
 actū vite itēplatiue: habitz
 at bēitudinū disponūt ad p
 fectionē utiqz. **E**x hys igit
 colligē possū qz bēitudines
 habēt efficiēcia ad mūdan
 dū et purgandū cor hoīnis.

p psecutione ad pmiū bē
 titudinē puenit. **H**ec
 dicit **augustinus**. **Q**z
 bēitudines sūt qz
 p psecutionē ad
 regnū celoz puenit.
Unde dicit **augustinus**.
Pax ē finis et consumatio
 omniū virtutū. **O**ctaua
 etiā dicit redire ad caput
 duobz modis. **P**mo. qz
 idē pmiū sibi pro mittit
 qd pme bēitudi: scilz
 regnū celoz. **S**cdō. qz
 oēs pbat ab ulnā usqz
 ad pmam vtrū vere sint.
Unde dicit beatus
gregorius. **Q**ualis vn⁹
 quisqz apud se lateat:
 illata dūctua pbat.
Et notandū qz habitz
 virtutū cardinaliū pncipaliter
 disponūt ad exerciciū
 vite actiue: habitz vō
 donoz disponūt maxie
 ad actū vite itēplatiue:
 habitz at bēitudinū
 disponūt ad pfectionē
 utiqz. **E**x hys igit
 colligē possū qz bēitudines
 habēt efficiēcia ad
 mūdan dū et purgandū
 cor hoīnis.

ut eo perfectus ad prima beatus
repromissa valeat puenire.
Sed et hoc considerandum. quod beati-
tudines congruit operacionibus sep-
tiformis gratie spiritus sancti: quod
affirmat beatus augustinus sic
dicens. Hinc est septem gradibus
congruit septiformis operatio
spiritus sancti: quam ysaias describit.
Sed ille a summo hinc ab ymo?
quod ibi docet filius dei ad yma
descensus: hic homo de ymis
ad similitudinem dei ascensus.
In hijs primis est timor qui congruit
in humilibus: de quibus dicitur.
Hic pauper spiritu id est non alta
sapientes sed timetes. Secunda est
pietas que uenit mitibus.
Qui est pie querit deum horat.
non reprehendit non resistit. quod
est mite fieri. Tercia est scientia
que uenit lugentibus: qui didi-
cerunt quibus malis nunc vic-
ti sunt. que quasi bona penerunt.
Quarta est fortitudo que conue-
nit esurentibus et sitiensibus: quia
desiderantes gaudium de uerbis
bonis: laborant a terrenis cu-
pietates auerti. Quinta est sci-
lium. quod uenit misericordibus:
quia unicum remedium est de tan-
tis malis erui dimittit alijs
et dare. Sexta intellectus. qui
uenit mundis corde: qui per-
gato oculo prout uidet quod oculi
non uidit. Septima est sapientia. que
uenit pacificis in quibus
nullus motus est rebellis: sed
obtemperat spiritui sancto. Hec au-
gustinus. Sic igitur de beati-
tudibus expositum et explanatum.

**De septem sacramentis: et proprie de cor-
abita pe xpi. Ca. xxij. fili.**
Nunc in forma de be-
atitudinibus: nunc de sep-
tem sacramentis et maxime de sa-
cramento sacre eucharistie cupi-
o et desidero a te o pater e-
doceri. **Pater**
cure debes fili. quod sa-
cramenta noue legis
sunt septem: secundum diuinitatem homi-
ni in ecclesia existentium. Primum
est intratum scilicet baptismus:
secundum pugnatum ut confirmati-
o. tertium uires resumentium
ut eucharistia. quartum resur-
gatum ut penitentia. quintum exeu-
tum ut extrema unctio. sex-
tum ministratum ut ordo: sep-
timum nouos milites introdu-
ctum. ut matrimonium. Hec sa-
cramenta legis gratie christus
instituit tanquam noue legis la-
tor: in quo uocauit ad prima.
dedit precepta. instituit sacra-
menta. Christus est enim uerbum pa-
tris. et cum ipse sit summe uir-
tutis. summe ueritatis et summe
bonitatis. ratione bonitatis pro-
misit prima beatificatio. ratione
uirtutis dedit precepta dirigere
uia. ratione uirtutis instituit sa-
cramenta adiuuantia: ut sic per
sacramenta repararet uirtutes ad
implenda precepta: et per precep-
ta pueniat ad prima. Insti-
tuit autem christus sacramenta in uer-
bis et elementis: ut ait au-
gustinus. Accedit inquit uerbum
ad elementum: et fit sacramentum.
Sacramentum uero ut idem augustinus

sentia: q̄ ceteris oībz̄ antefert.
On eucharistia ē sacramētū
 caritatis tā diuine q̄ nostre:
 q̄a deus ī hoc sacramēto mag
 ne dilectionis nobis signū of
 fedit: et nostre dilectionis af
 fectū p̄ idē sacramētū spūa
 lit et specialit̄ erga se īflā
 mauit. Et notādū q̄ cētissi
 me et veracit̄ et absq̄ omī
 dubitacōe ī hoc sacramento
 stinet corp⁹ xpī deus ⁊ hō.
 cū corpe et aīa. carne ⁊ sa
 guīe: sicut̄ prodijt ex utero
 virginis et in cruce pepē
 dit: ac sedet ad dexterā pa
 tris. Hoc affirmat beatus
 augusti⁹ ita dicens. Hoc acci
 pitz ī pane qd̄ pepēdit in
 cruce: et hoc accipite ī cali
 ce qd̄ effusū est de xpī latē.
In ipa carne hic ambulauit:
 et ipsā carnē manducāda
 nobis ad salutē dedit. Hec
 augusti⁹. **De** sentit ābrozi⁹
 cū dicit. Panē istū que su
 mim⁹ ī mysterio. utiq̄z illū
 itelligo q̄ manu scī sp̄s for
 matus ē in utero virginis:
 et igne passionis decoct⁹ in
 ara crucis. Panis enī age
 lozū: fact⁹ est cibus hōmī.
Hec ābrozi⁹. **Dicit** etiā de
 hoc damascen⁹. **Quid** itaq̄z
 in altari videt sp̄s ē panis
 et vini: qd̄ at sub sp̄e illa c
 dim⁹ verū corp⁹ ⁊ sanguis
 xpī est: qd̄ pepēdit ī cruce
 ⁊ qui fluxit de latē filij hōis.
Hec damascen⁹. **Considerā**
 dū etiā. q̄ sub spece panis

38
 ē corp⁹ xpī p̄ inuersionē ⁊
 sanguis p̄ inuersionē: ⁊ aīa
 p̄ inuersionē: ac deitas p̄ omi
 onē. **Ista** ēi quoz nō possit
 diuidi: nec ab iūce separi.
Eodē mō dicēdū est de san
 guīe: et sub utq̄z spece tot⁹
 xpī stinet. **De** hoc dic̄ tho
 mas de aqno. **Nota** q̄ facta
 dsecratione panis. ē quidem
 corp⁹ xpī ibi ex vi sacramēti.
 et sanguis ex reali cōmutā
 tia: s̄ postmodū p̄ dsecratio
 nē vini fit ibi cōmūso san
 guis xpī ex vi sacramēti. cor
 pus at xpī ex reali cōmi
 tātā: ita q̄ tot⁹ xpī est sub
 utq̄z spece. **Hec** thomas. **Sz**
 et hoc notandū. q̄ cōuenit
 deo ēē ubiq̄z simpliciter ⁊ pprie:
 creature vero cōuenit ēē in
 vno loco tm̄. Corp⁹ xpī me
 dio modo se habet. **Cū** enī
 sit creatura nō debet cōequiri
 creatori in hoc q̄ sit ubiq̄z:
 cū vō sit vnitū diuinitati.
 debet in hoc excellē alia cor
 pa ut simul ⁊ semel ī locis
 pluribz̄ possit ēē: sub isto scī
 liz sacramēto. **Vnde** quilibet
 fidelis et maxie q̄ es religi
 os⁹. cū ad reuendū altare
 accedis. sacrū dei tui corp⁹
 et sanguīne fidei oculis res
 picā: sic videlicet ut certissime
 et sine oī hesitationē toto cor
 de credas et ore cōfitearis.
 q̄ illa hostia dsecrata sit ve
 rus dei filij ex vīgine nat⁹
 q̄ mortu⁹ est ⁊ resurrexit.
 iudex viuoz ⁊ mortuozū:

cū p̄ ūba sancta opante spū
 scō panis in corp⁹ xp̄i trāsib
 stācat: et vno eodēq; mo
 mēto deus ip̄e qui presidet
 ī celo manibz eoz stinet in
 sac̄ficio: et xp̄c tractat xp̄m:
 cū sac̄dos manibz gestat dei fi
 liū. De hoc b̄ts bernard⁹ sic
 dicit. **C**redim⁹ ei q̄ nō ē ptas
 post deū sicut ptas vestra vos
 sac̄dotes. a deo vobis cessā.
O venanda sac̄dotū digni
 tas: int̄ quoz man⁹ velut ī
 utero marie v̄ginis dei fili⁹
 icarnat⁹: q̄d p̄ vos p̄ et fili⁹
 et sp̄s sc̄us mirabil⁹ opatur.
Sup hoc tā insigni p̄uilegio
 v̄ro stupet celū. trā mirat.
 horret ifern⁹. tremiscit dy
 abolus. veret homo. venat
 angelica creatura: q̄ vno at
 q; eodē mōmēto deus ip̄e q̄
 presidet in celo. manibz v̄ris
 ē in sac̄ficio. **O** venabiliū
 sc̄itudo manūū. o felix exer
 ciciū. o v̄e mūdi gaudiū:
 ubi yma sumis iunguntur.
 cū xp̄c tractat xp̄m. sc̄z sac̄
 dos dei filiū: cū delirē sūt
 eē cū filiis hoīm. **H**ec b̄nard⁹.
Ex h̄is dictis collige possū:
 q̄ntā dignitatē deus stulit
 sac̄dotibz. Pretulit nāq; eos
 regibz et p̄ncipibz: et quod
 plus ē. p̄tulit eos q̄ntū ad
 officiū etiā oibz āgeloz ag
 minibz. **T**estat hoc idē b̄ts
 bernard⁹ sic dices. **O** q̄ntā
 dignitatē stulit d̄ns sa
 c̄dotibz: q̄ntā ē p̄rogatiua
 sac̄dotalis ordis. Pretulit

enī eos oibz regibz et p̄ncipi
 bus t̄re: p̄tulit etiā ordinem
 h̄uc sac̄dotalē oibz hoībz: v̄mo
 ut altius loquat. p̄tulit eum
 angelis et archangelis. thro
 nis et d̄nacōibz oibzq; āgeli
 cis ordinibus. **H**ec b̄nardus.
Nec mirū. quia sacerdos cū
 sit hō et creatura: suū crea
 tore quodāmodo creat q̄n of
 ficiū misse pagit ac celebr̄t.
V̄n dicit b̄ts bernard⁹. **I**lle
 q̄ me creauit. creare michi
 se dedit: q̄ me creauit sine
 me. creat mediate me. **H**ec
 bernard⁹. **S**icut igit magne
 dignitatis et excellēcie ē or
 do sac̄dotalis. si ip̄m ordine
 sac̄dotes officiū misse cele
 brado debito modo et d̄gruo
 executi fuerit: sic eodē modo
 magni ē dedecoris et c̄nis.
 si sac̄dos indigne tractat cor
 pus n̄ri saluatoris. **N**ā os
 sac̄dotis efficit sepulch̄r xp̄i:
 p̄ cotidiana sup̄tione sac̄me
 torū ei⁹. **Q**uō ergo ex ore
 illi⁹ egredit falsitas: p̄ quod
 ingredit veritas: aut quō
 se ingurgitabit ebrietate a
 illicita voluptate. qui xp̄m
 in se recipit in sac̄mēti sup̄
 tione: **D**e talibz sac̄dotibz
 b̄ts b̄nard⁹ sic dicit. **O** sac̄
 dos os tuū cotidie efficit se
 pulch̄rū xp̄i. **Q**uō ex ore tu
 o egredit falsitas: p̄ qd in
 gredit veritas: **Q**uō oculi
 tui respiciūt vanitatē: que
 respiciūt vitatē: **Q**uāe ma
 nus tue ad illicita extēdūt:

que tenet tenentē oīa. **A**uo
 te iugugitabis ebrietate? qui
 semp plen⁹ debes eē deo. **B**
 bernard⁹. **S**z qd pei⁹ e sut non
 nulli sacdotes. q postposito
 tōre dei se tradūt luxurie
 et icōtinēae: et tñ presu
 mūt ad xpi mēsam accede
 et ei⁹ scissimū corp⁹ māibz
 imūdis tractare et ore pol
 luto sumē. **H**ij tales q⁹uis
 pferat vba canonis et oret
 labijs. tñ expiūt i faciem
 saluatoris: et cū audet cor
 pus dñicū suscipe i os sor
 didū: leuius eis est si eum
 picerēt in lutū. **D**e hoc di
 cit bēs agustinus. **S**i sacdos fu
 erit vas icōtinēae et libidis.
 iuxta filiū vgis statuet in
 altari ydolu veneris: et cū
 pferat vba canonis. os eius
 plenū ē amaritudie et dolo:
 et q⁹uis oret cū labijs tamē
 expiūt i facie saluatoris:
 et cū psumit sumē corpus
 dñicū in os pollutū: leuius
 ei eēt si eū picerz in lutū.
Hec augusti⁹. **B**eat⁹ em ber
 nard⁹ de hoc sic dicit. **T**urpis
 simū ē man⁹ deo dicatas
 et sacro crismate ascaratā
 pudēdis igere: et post hoc
 corp⁹ dñicū factissimū cum
 eis tange. **Q** q⁹ temerariū
 et q⁹ nefandū pollutis ma
 nibz tractare filiū vginis:
 et imūdis labijs osculari:
 et ore sordido sumē. **Q**ue
 mēs nō rapit ad excessū.
 q⁹s oculis nō erubescit. cū

ius audit nō reueret: ubi mi
 di pūi proiat in sterquilinū.
 id ē in os indigne sumentis.
Tales vō sacdotes indigne
 corp⁹ dñi tractates et sumē
 tes magis deliquit q⁹ hij qui
 eū crucifixerūt in terris: q⁹a
 illi semel crucifixerūt: isti
 vō qntū in eis ē eū cotidie
 crucifigūt. **D**e hoc dicit bēs
 augusti⁹ in psona dñi sic.
E pcor tu sacdos noli me
 āpli⁹ afflige pccas tuas. **M**
 enī ledit me vuln⁹ pccū tui:
 q⁹ vuln⁹ lateris mei. **H**ec bēs
 augusti⁹ de hoc itez sic ait.
Magis eī deliquit qui iā
 regnātē in celis atepnūt. sez
 idigne tractates et sumētes
 corp⁹ xpi. q⁹ qui crucifixerūt
 eū ābulantē in terris. nō q⁹i
 crucifixores s⁹ q⁹i tanti sacra
 menti indigni ofatores et pre
 sumptuosi pceptores: q⁹a illi
 semel crucifixerūt: isti vō
 inqntū in eis ē eū cotidie
 crucifigūt. indigne tractates
 et sumētes. **H**ec augusti⁹.
Dicit etiā de hoc bēs ābro
 sius. **Q**ui idigne sumūt cor
 pus xpi: idē est ac si infi
 ciat. **H**ec ābrosi⁹. **N**ō solū at
 qui in sacris ordinibz sūt cō
 statuti put sacdotes. verū etiā
 ā oēs xpi fideles debēt mag
 nā diligentia et studiū adhi
 bē. ne unq⁹ indigne et maxi
 me i pccis mortalibz acce
 dat ad sumendū corp⁹ xpi
 sacrosē: q⁹ tales p h⁹mōi
 idigna sūptionē totā trinitate

ihonorat. Un dicit bñs abrosio.
 Hoc polluit ois in cor accipiat
 qd nō solū corp⁹ xpī ipse la-
 terat: s̄ totā trinitatē coadu-
 natā corp⁹ atrocit̄ ihonorat.
 Hec abrosio. Sz ve hōi illi. cui
 ppt̄ pccā sua et indignā sus-
 ceptionē corp⁹ xpī. ipā salū
 mūdi ē iudiciū et etna dāp-
 natio. De hoc dicit bñs bñardus.
 De hōi illi. cui salū mū-
 di iudiciū ē. cui vita mors
 ē. cui absolutio dāpnatio ē.
 cui grā wa ē. cui calix ppi-
 aciois vas ē indignationis.
 Hec bñardus. Na qui idigne
 corp⁹ ⁊ sanguinē sumit iudi-
 cū sibi manducat et bibit:
 teste cassiano q̄ dicit. Qui car-
 nalibz oblectat⁹ cotidie volup-
 tatibz fuit et dulcedie. ipm̄qz
 abū supsevit sc̄e eucharistie:
 i dāpnationē sibi ⁊ iudiciū
 sumit penalitatis etne. Hec
 cassianus. Hec mirū: qd sc̄dm
 qd dicit bñs augustinus. xp̄m dāp-
 nat qui libe peccat: et q̄ eū abs-
 tione idigne p̄cipit. Talis nāqz
 hō p̄t dicit hylarius. deū ad
 iudiciū conatē: sc̄os a se fugat.
 hostē suū letificat. suā vitā ab-
 breuiat: qui corp⁹ xpī idigne
 lacerat ⁊ māducat. Hec hyla-
 rius. Nō solū autē hec mala:
 s̄ etiā alia q̄ plima idigne
 accedes ad sacmētū xpī icur-
 rit. Indigna nāqz cōio. hōinem
 pccis illaqueat. dāpnationē p̄-
 parat. p̄ximū scandalizat. mē-
 tē excreat. t̄ptacōibz subiu-
 gat. deū irritat: vitā t̄pale bre-

uiat: gratias et etius hōis spo-
 liat. De hijs oibz dicit in psal-
 mo p̄ ordinē. Fiat mēsa eorū
 corā ipsis i laqueū ecce p̄mū: et
 in retribucoes ecce sc̄dm: et in
 scandalū ecce t̄tū. Obscurent
 oculi eorū ne videāt. ecce q̄tū:
 et dorsū eorū semp incurua. ec-
 ce q̄tū. Effunde sup eos ira
 tua ecce sextū: fiat habitatio
 eorū deserta ecce septim: et i
 tabernaculis eorū nō sit qui in-
 habitet. ecce octauū. Cū ergo tot
 mala indigne t̄tantes vel su-
 mentes corpus dñici. icurrat:
 necesse ē ut vnusqz se p̄bet
 et diligent̄ examinet: qualit̄
 ad illud t̄rificiū sacrificiū accedat.

*De fructu ⁊ utilitate quā asse-
 quit̄ in grā accedētes ad sacm̄
 eucha. Ca. xxij. Filius.*

Postq̄ informat⁹ su-
 de p̄culo idigne trac-
 tantū ac sumētū corp⁹ dñi
 cū: nūc de fructu ⁊ utilitate
 quā assequit̄ h̄ij qui i statu ḡ-
 ae illud sacrosan̄ corp⁹ xpī p̄-
 apuit cupio edoceri. *Pater.*

Scire debes an̄ oia.
 qd nulla salute asse-
 qui p̄t aia sine hui⁹
 salutarē tibi videlicz corp⁹ ⁊
 debita susceptioe: teste remi-
 gio qui dicit. Nulla nobis salū
 corp⁹ ⁊ aie. absqz xpī carnis
 et sanguis susceptioe. Nam
 p̄t dicit richard⁹ de sc̄o m̄to
 re. i hoc bñssimo sacramēto
 xpī videlicz carne ⁊ sanguinē.
 tota consistit salus fidelis aie.
 q̄a onē grācia quā habz hō.

di

mediate xpi sacramento illi tribuit.
 Unde dicit beda. **O**e quidem do-
 num celestis gratie. scilicet eucharis-
 tia tribuit mediate. **E**t nota
 dum quod dominus noster volens declarare
 magnam caritatem quam erga nos
 habet: non solum ad videndum. sed
 etiam ad palpandum et comedendum
 dum seipsum nobis tribuit. De hoc
 crisostomus sic dicit. **H**oc fecit christus
 duces nos ad maiorem amicitie fe-
 dus: suamque caritatem declarans
 erga nos. prestat se non solum
 videri desiderantibus: sed et palpa-
 ri et comedi ac amplecti. **H**ec
 crisostomus. **T**ractare autem et manduca-
 re corpus christi: est vita eternam
 habere. **U**nde ipse dominus dicit. **P**a-
 nis quem ego dabo caro mea est:
 pro mundi vita. **E**t bene dicit
 vita. **S**icut enim vita naturalis est
 in membris eo quod vivunt capiti
 a quo recipiunt influentiam sensus
 et motus: sic in fidelibus qui sunt
 membra christi vita spiritualis conser-
 uatur: eo quod vivunt capiti christo
 per hoc amoris sacramentum. **B**e-
 ne autem dicit mundus: quod alia sa-
 cramenta solum proficiunt ipsi recipi-
 enti: solus enim baptisatus recipit
 gratiam baptismalem et non aliam.
Sacramentum autem eucharistie
 non solum proficit sacerdoti sumenti:
 sed etiam toti ecclesie. etiam illis qui
 sunt in purgatorio. **C**uius ratio
 est: quod eucharistia non tantum est sa-
 cramentum sed etiam ecclesie sacri-
 ficium. in quantum continet christi pas-
 sum. **E**t ideo dum offertur ab ip-
 so sacerdote proficit omnibus christi fide-
 libus. **S**i autem sumat alio modo

sicut a layco tunc proficit solum
 sumenti: quod officium eius non est
 offerre sacrificium: sed tantum sumere
 sacramentum. **S**equitur. **Q**ui man-
 ducat meam carnem et bibit
 meum sanguinem habet vitam
 eternam scilicet post hanc vitam
 dicitur per habere vitam eternam etiam
 in presenti. **S**icut enim abus corpo-
 ralis non solum nutrit et conser-
 vat vitam. sed deducit ad per-
 fectam quantitatem: sic eius sacra-
 menti pro ducit hominem ad gratie
 consummationem: que est gloria et
 eterna. **E**t hoc est quod dicit. **Q**ui man-
 ducat meam carnem non tantum sacra-
 mentaliter sed etiam spiritualiter parti-
 cipat effectum sacramenti: habet
 vitam eternam. quod habet deum
 inhabitantem qui est vita eterna.
Ad hoc etiam in presenti vita per-
 utilis est hec mensura. cum in illa su-
 matur hec eucharistia. quod quidem
 liberat a malo ac conseruat in
 bono: delet venialia: auget
 mortalia. **H**uius etiam virtute sa-
 cramenta uniuscuiusque etiam virtutes au-
 gent: et omnium gratiarum fructus ex-
 uberant. **U**bi sciedum quod eucharis-
 tia sacramentum est unionis: quod per
 susceptionem huius sacramenti effi-
 ciamur omnes unum in christo: et ideo
 bene spiritualis manducatio voca-
 tur communio: nam per ipsam sanctam
 communionem quasi membra incorporamur
 christo. **U**nde dicit damascenus.
Propterea ratio dicitur et est vere.
 quia communicamur et unimur
 ad vitam per ipsam christo et parti-
 cipamus carnem et deitatem: quia
 ex uno pane assumimus omnes

unū corp⁹ xp̄i et unū sanguinē.
 et ad iuicē mēbra generam⁹
 icorpati xp̄o. **Hec** damasce⁹
Un p̄m⁹ et p̄ncipalis eius
 effect⁹ ē: iā unū corp⁹ xp̄i
 mystico p̄ caritatē magis v̄
 nire. **Magis** at̄ vnire ē t̄
 plicat⁹: aut̄ q̄a q̄s unū ma
 iori vinculo. aut̄ ille magis
 qui habet maiore caritatē:
 aut̄ qz eodē vinculo unū st̄tū.
 ut ille qui sc̄dm eūdē habi
 tū feruentius amat⁹: aut̄ qz
 eodē firmius: ut ille qui in
 eodē habitu ē magis radi
 catus. **Dicit** ergo hoc sacmē
 tū magis vnire qz digne
 accedentem reddit feruentio
 re: et ex hoc qz reddit cari
 tatē magis ignitā adiuuat
 ad cōsumēdā p̄cā venialis
 rubiginē: et ex hoc qz magis
 firmat. adiuuat ad vitā ad
 vitandū oīa sc̄clera: et ra
 cione utiqz valet ad aug
 mētū v̄tutum et maxie ca
 ritatis. **Feruo** ei caritatis
 cotidie minuit p̄ v̄cālia:
 ideo oportz p̄ hūc abū ve
 staurari p̄ditū. **Hec** ei esca
 spūalis in illis qui salubri
 ter p̄cipiūt eā. et sensum
 munit ab illicitis: et i gra
 uioribz p̄cāis custodit oīno
 a cōsensu. **Un** cū aliq̄s vari
 us solito vel mitius sentit
 mot⁹ v̄cior⁹: gr̄as agat hu
 ic sacmēto quod hoc opat⁹
 in ip̄o. **De** hoc b̄s b̄nard⁹
 sic dicit. **Duo** sacramentum

corp⁹ d̄ni opat⁹ in nobis: ut
 videlicet sensum munit. et i p̄cā
 ḡuiozibz tollat oīno cōsensū.
Verbi gr̄a: si q̄s n̄m nō tā
 crebros ut solebat. nec tam
 acros sustinet iracundie mot⁹
 iudie. luxurie ac cetoz sup
 ple v̄cior⁹: gr̄as agat corp⁹
 et sanguini d̄ni n̄r. qm̄ v̄t⁹
 sacmēto opat⁹ in eo. **Hec** b̄
 nard⁹. **Nā** post hui⁹ salubri
 mi cibi p̄ceptionē fit homo
 māfuetior ad correptionē:
 potēti⁹ ad laborē: et ferue
 tior ac deuotior ad cetarū
 v̄tutū opationē. **De** effec
 tu ac v̄tute hui⁹ sacmēto
 sacrosā dicit b̄s b̄nardus.
Corpus xp̄i ē p̄gnantibz di
 eta. egrotis medicina. debi
 les cōfortat. valētes delectat.
 lāguores sanat. sanitatē con
 seruat: fit hō māfuetior ad
 correptionē. paciēti⁹ ad la
 borē. ardēti⁹ ad amorē. sa
 gati⁹ ad cautelā. ad obedi
 entia p̄niori⁹: ad gr̄arū acti
 onē deuotior. **Hec** b̄nardus.
Accedam⁹ igit⁹ ad hūc spūa
 lē abū qui est panis vite.
 et cor hōis i oī bono cōfirmat:
 et remissionē p̄cōz prestat.
De quo ysidor⁹ sic dicit. **Hic**
 abus non corp⁹ ip̄iguat: s̄
 cor hōis cōfirmat. **Hic** ē pa
 nis vite. **Qui** ergo vitā mā
 ducat: mōri nō potest. **Accē**
dite igit⁹ ad eū et faciam⁹:
 q̄a panis ē. **Accedite** ad eū
 et illūnam⁹: quia lux est.

Credite ad eū et liberamini:
 quia ubi spiritus domini ibi libertas.
Credite ad eū et absoluiamini:
 quia remissio est peccatorum. **N**ec phisidorus. **E**t sciendum quod sicut filius
 recipit vitam a patre propter unitatem
 quam habet a patre: sic qui
 unitur christo per corpus illius sus-
 ceptionem habet vitam a christo:
 sed differenter. **D**e hac differen-
 tia thomas super iohannem sic ait.
Filius propter unitatem quam habet
 a patre recipit vitam a patre:
 ergo qui unitur christo habet
 vitam a christo: sed differenter. **N**am
 filius habet aliquid proprium: quod sic
 est a patre quod tamen recipit totam ple-
 nitudinem diuine nature: in tamen
 quod quicquid est naturale patri sit etiam
 naturale filio. **C**reatura vero acci-
 pit aliquam perfectionem et vitam
 particularem id est participatam:
 non autem essentialem quod ipsum
 est vita. **I**n quolibet autem genere
 rerum quod est per essentiam est causa
 eorum que sunt per participationem.
 sicut ignis est causa omnium igni-
 torum. **E**t igitur per essentiam est vi-
 ta: causa est et principium omnis
 vite. **S**icut igitur pater prima
 causa est vite viuentium: ita et
 filius. **Q**ui autem dicit: sicut misit
 me viuens pater et ego uiuo pro-
 pter patrem: loquitur de processione
 sua a patre. **C**uius uero dicit: qui man-
 ducant me et ipse uiuet propter
 me: loquitur de participatione
 corporis et sanguinis sui: quia nos
 efficiamus meliores. **N**ec thomas.
Considerandum etiam quod dominus noster

ihesus christus qui est sapientia patris
 increata uoluit propter nos carnem
 assumere et ipsam carnem in sacra-
 mento nobis prebere: ut per cibum
 carnis ad gustum nos uiuaret
 sue deitatis. **D**e hoc hugo sic
 dicit. **S**apientia increata que se per ui-
 sibilia manifestat: uoluit ostende-
 re de quo ipsa animorum cibus et re-
 fectio est. **E**t propterea carnem assump-
 tam nobis in edulium proposuit in
 sacramento: ut per cibum carnis ad
 gustum uiuaret diuinitatis. **N**ec
 hugo. **I**gitur ihesus in sacramento
 uerus cibus est et uere gusta-
 bilis: ut per gustum corporis eius
 perueniat ad gustum diuinitatis eius:
 quia ipsa est uia secundum humanitatem
 ad eius diuinitatem. **S**ume autem ne-
 cessarium est ad hoc ut ad gustum
 intime deitatis pertingat per cor-
 pus christi in sacramento: quod sensus
 corporalis aliquo sensibili signo
 determinet et foueat: et intel-
 lectus lumine supernali fidei for-
 tet: et uoluntas caritate infla-
 met: et sic per spirituale manduca-
 tionem corporis christi ad gustum
 abscondite diuinitatis pertin-
 gat. **U**nde dominus christus dicit. **E**-
 go sum ostium uidelicet sensui
 corporali per signa sensibilia
 monstratum: ego sum ostium in-
 tellectui per fidem rectam referen-
 tum: ego sum ostium uoluntati
 per caritatem feruendam apertum.
Gustatum et inhabitatum. **E**go
 inquit dominus sum ostium scilicet sen-
 sui corporali per signa sensibilia
 ā ī inferno. p̄ peccōis cruciabit. aut ī
 p̄dysi p̄ bonis opibz collocabitur.
Fuit ḡ alterū ē duobz eligam. aut
 semp̄ cruciari cū ip̄is. aut sp̄ letari
 cū sc̄is. **Bonū** siquidē et malū. mors
 et vita aīe nos s̄ p̄tita. ut ad qd̄ vo
 luerit manus extendat. **Et** si tormēta
 nō t̄ret saltē p̄mia iūitet. **Hec** **Ex̄.**
Q̄dem videndū ē de gloria b̄tōz.
 qua ip̄i p̄ r̄surrectioz possidebunt.
De qua p̄mo nōndū ut dicit **Thōs**
 de agno **B̄titudinē** sc̄oz p̄ r̄surrec
 tionē augeri qd̄ extēsiue. manifestū
 ē. q̄ b̄tudo tūc erit nō solū ī aīa sed
 etiā ī corpe. **Aut** etiā b̄tudo extēsiue
 augebit ī q̄ntū aīa nō solū gaude
 bit de bono p̄p̄io. s̄ etiā de bono corpe
Corpus aut qd̄ corripit ī p̄nti ag
 grauat aīa. **Si** v̄o a corpe r̄moueat
 om̄e illud qd̄ p̄ actionē aīe īsistit. sim
 plicat aīa erit p̄fectior ī tali corpe ex
 istens q̄ p̄ se sepata. **Quanto** aut aliq̄

ga.

E

H

Ca. xv

ē pfectus in cō. tanto p̄t pfectus op̄
ari. Unde et opatio aīe cōiūcte tali
corp̄i erit p̄fct̄ q̄ opatio aīe separe:
huiusmōi aut corp̄ ē corpus glorio:
sū qd̄ oīno subdet̄ sp̄ū. Unde p̄fct̄
erit b̄tudo aīe p̄ r̄surrectionē cor:
poris q̄ ante. Sicut n̄ aīa separe a
corp̄e corruptibili. p̄fct̄ p̄t opari
q̄ ei cōiūcta. Ita postq̄ fuerit cōiū:
ta corp̄i glorio. p̄fct̄ erit ea op̄a:
cio q̄ an̄ erat separe. Om̄e aut̄ im:
p̄fct̄m appetit suam p̄fct̄nē. et ideo
aīa separe n̄al̄t appetit corp̄is cō:
iūctiōnē. et p̄pter hūc appetitū ex:
imp̄fct̄ōnē procedentē. eius opatio
qua in deū fert̄ ē min̄ intens̄a. Et
hoc ē qd̄ dicit̄ Iheros̄. Et ex appetitu
corp̄is r̄tardat̄. ne tota intentiōe p̄:
grat̄ in illud sūmū bonū. ¶ Chōs.

Unde considerandū q̄ aīa post
r̄surrectionē gn̄alē resumpto corp̄e
iā gloriof̄icatio liberabitur ex hac
imp̄fct̄ōnē. quia tunc absoluet̄ a desi:
derio n̄al̄is affct̄ōnis quā nūc gerit
erga corp̄is p̄ gloriā r̄surrectionis.
et ideo sū omni obstaculo alicuius
imp̄diment̄i eternalit̄ tūc feret̄ in amo:
rē dei et inebriabit̄ plenissime ebe:
tate diuine caritatis ne v̄m̄q̄ a vi:
sione seu āpl̄ctu sui conditoris in:
p̄petuū auellet̄. De hoc b̄ Bernar̄
sic dicit. Reduimus igitur corp̄ibz
cōsuptis ī vitā m̄d̄eli inebriabim̄
mura plenitudinē exuberantes p̄ r̄:
surrectionē t̄p̄ carissimā. merito
tebraant̄ qui ad nuptias agni m̄:
dici merent̄ edentes et bibentes si:
m̄esā illius ī r̄gno sapie q̄n̄ sibi exhi:
bet gloriofam etiam tūc. p̄fct̄us

mebrat̄ f̄mos suos. tūc de torēte
voluptatis sue potat̄ eos. q̄n̄ ī con:
pl̄ctu illo artissimo sponsi et spon:
se fluminis īpetus letificat̄ ciuitatē
dei. ut dicitur ī leticia met̄nū. De
ista sup̄habundācia diuine carita:
tis idē b̄ Bernar̄ in libro de diligendo
deū. it̄m sic dicit. O amor sc̄us et
castus. o dulcis et suavis affectus ca:
ritatis. o pura et desicta intentiō
voluptatis. et eo t̄te desictatione. et pur:
or q̄ in ea de. p̄p̄rio nichil r̄l̄quit̄. My:
tū. eo suauior et dulcior quō totum
diuinū ē qd̄ sentit̄. Sic affct̄i desictari
ē. quō stilla aque modica multo m̄fu:
sa v̄mo puro. a se desicta tota videtur.
et sapore v̄ni viduit et calce. Et
quō ferrū candens ignitū silē igni:
fit. p̄stinatq̄ forma exutū. et quō so:
lus luce aer p̄fct̄us in candē tr̄sform̄
luminis claritatē. adeo ut nō iā illu:
minat̄ q̄ ip̄m lumē cē videat̄. sic
oem tunc in s̄as humanā affct̄ōnem
quodā ineffabili mō n̄cē erit a se:
metip̄a liquefit̄. atq̄ ī diuinā peni:
tus tr̄sformari voluntatē. Alioq̄n̄
quō erit deus om̄iā in om̄ibz. si in
hoc alioq̄ de homine alu. superit̄.
Manet quidē s̄ba. s̄ in alia forma alia
gloria atq̄ potentia. Et q̄n̄ erit quādo
veniā et apparebo an̄ facie dei mei. ¶
Bernar̄. Et sciendū q̄ ī celesti p̄r̄a
om̄p̄s deus elcos suos dotabit̄ diu:
sis dotibz tā in aīa q̄ etiā ī corpore.
Dotes vero aīe quibz aīe gaudebit
s̄t̄ tres. sc̄z. ignitō dulcis ih̄es̄us. sicut tē:
ra. q̄ a q̄busdā appellat̄ apphensio. a
q̄busdā vō fructus. Harū dotū numer̄
multiplicat̄ accipit̄. P̄mo ex p̄te virtu:
tū theologicar̄. quia cognitō succed̄

B

fidei. dilectio caritati. comprehensio autem spiritui. Alio modo accipitur ex parte potentia rerum autem. Cognitio namque potest apprehendi in intelligentia. dilectio voluntati. comprehensio memorie. Sunt etiam predictae dotes accipi secundum tria quae tribus personis apprehenduntur. Ita ut comprehensio respiciat potentiam primum. Cognitio vero sapientiam secundum. Et dilectio veritatem spiritus sancti. Prima igitur dote autem est cognitio. quae divina essentia videbitur ab omnibus tota sed non totaliter. et putatur esse infinita. Videbitur tamen essentia divina limpidius ab uno quam ab alio. et iste defectus erit ex parte videtis. non visus. quia idem erit visus. **S**ecunda dote autem est dilectio. sed inter dilectionem virtutis. et inter dilectionem dote duplex est differentia. Una est secundum habitum. quae dicitur esse idem propter quod transit de statu gratiae in statum gloriae. dote autem est quod super meritum datur introductio sponsae. Alia differentia est per obiectum. quia deus erit obiectum virtutis in quantum est summa bonitas. Obiectum autem dote in quantum est unibilis in unum spiritum. **E**t notandum quod fides et spes secundum rem evacuabuntur in prima. Caritas vero nec secundum rem nec secundum actum eius evacuabitur. sed solummodo secundum modum. quod imperfectio illius tollitur et ideo augetur in prima. Tercia dote est autem comprehensio. quae est tenacio visus et amati. vel est tenacio veri et primi boni. et hoc unum est putatur comprehendere summitatem pro attingere. et non per circumplexum divinam infinitatem. **F**undum consequitur quod quatuor sunt dotes corporis. quae nullae sunt habetur. Nam ad hoc quod corpus perfecte sit subiectum autem nec eam impediatur in operibus gloriae quatuor requiruntur. quorum duo pertinent ad sensum. alia duo pertinent ad motum. Primum quod ad sensum requiritur

est ut sit facile receptibile spiritum sensibilium. ad quod disponit claritas. Alterum ut non sit receptibile passionum ignobilium. ad quod disponit impassibilitas.

Eius ad motum etiam duo requiruntur. Unum est ut per contrariam inclinationem non resistat suo motui. ad quod disponit agilitas. Aliud est ut corpora per que movetur non resistant ei. ad quod disponit subtilitas. **I**te sumuntur istae dotes secundum quatuor defectus. quos habet corpus humanum a quatuor elementis ex quibus componitur. Habet enim corpus humanum ab igne caliditatem et in nigredinem. A terra grossitatem. Ab aere passibilitatem. Ab aqua frigiditatem. et in tarditatem. Sed ista tolluntur per quatuor dotes corporis. Unum per resurrectionem generale beatorum. corpora corpora quatuor prerogatiuis sunt dignitatibus seu dotibus gloriabuntur. scilicet claritate agilitate. impassibilitate. et subtilitate.

De prima videlicet claritate dicitur **E**ccl. fulgebunt iusti sicut sol. De 2^a videlicet impassibilitate dicitur in **Apoc.** Jam non erit amplius neque luctus neque clamor. sed nec ullus dolor. De eadem etiam dote dicitur **b. Aug.** Intermittent corpora nostra glorificata erunt impassibilia. ut si ponentur in inferno nullatenus patiantur. De tertia dote scilicet **b. Aug.** sic dicit. Corpora glorificata erunt tam agilia ut ubi esse voluerint sine mora sine ullo obstaculo statim erunt. quia ubi volet spiritus ibi statim erit corpus. De quarta dote videlicet subtilitate. item dicit **b. Aug.** Corpora glorificata erunt tam subtilia. ut non obstantibus quibuscumque obstaculis tamen seint ubi voluerint. **P**rius dominus resurgens a mortuis ex virtute corporis glorificati surrexit de sepulchro clauso. et ad disa-

agilitate

Ca. xv

pulos intravit in coelam clausis ianuis.
Hanc glorificationem corporum operabitur
 christus in fidelibus et electis suis per resur-
 rectionem generalem. **U**n dicit apostolus. Sal-
 uatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum:
 qui reformabit corpus humilitatis nostrae
 configuratum corpori claritatis suae. **U**n
 etiam b. Gregorius. **E**ruit elocum corpora signum
 claritatis domini corporis. quod et si equalitate glorie ex-
 non habent per naturam. **S**imilitudinem tamen configura-
 tionis eius habebunt per gratiam. **U**bi etiam
 non dicitur quod per resurrectionem generalem et gli-
 ficationem corporum in celesti patria sancta et eter-
 na ipsa diuinitate non videbitur per oculos
 corporales quous tamen glorificatus. sed per
 spiritum hoc est per animam. **D**e hoc Augustinus in libro de ci-
 uitate dei sic dicit. **C**onsiderandum est
 quantum uox dicebat. ex parte sancti et ex parte
 prophetam. **E**t uidemus nunc per speculum et
 in enigmate. tunc autem facie ad faciem.
Premium itaque fidei nobis uisio ista
 seruat. **F**acies autem dei manifestatio
 eius intelligenda est. non aliud tale me-
 trum quale nos habemus in corpore. **U**n
 illud quod ait apostolus facie ad faciem. non
 uult ut deum per hanc speciem corporalem ubi sit
 oculi corporales nos uisuros esse credamus.
 quem spiritum sine uisibilius uidebimus.
Nisi enim esset interioris hominis facies.
 non dicitur. **I**dem apostolus. **N**os autem reuelata fa-
 cie gloriae dei speculantes. in eandem per
 imaginem transformamur de gloria in glo-
 riam tanquam a domini spiritu. **E**t in parte conu-
 nitur. **A**ccedite ad eum et illuminamini. et fa-
 cies uostre non confundentur. **H**ic quippe
 acceditur ad deum. quia cordis est constat
 non corporis. **I**n futura enim uita deus erit
 nobis ita notus atque conspectus. ut ui-
 deatur spiritum a singulis nobis. **H**ic Augustinus
Sed omnipotens deus ubique et in omnibus

uolens. proinde salutem nostram. unigenitum fi-
 lium suum in hunc mundum misit. et carne
 assumere uoluit. ut per suam passionem
 et mortem non solum ab eterna damnatione
 nos redimeret. sed etiam ut in celesti patria per
 corporum glorificationem a sensu nostrae car-
 nis uideretur in sua humanitate. **N**on a sensu
 mentis hoc est per spiritum siue animam uideretur
 in diuinitate. **E**t sic totum hominem nostrum interiori
 uis et exteriori efficiet eterna sua suauitate
 ac letificaret. **D**e hoc in tractatu de
 spiritu et anima sic dicitur. **D**uo sunt sensus in homine.
 unus interior. et alter exterior. et utique
 bonum suum habet quo reficitur. **S**ensus
 interior reficitur in contemplatione deitatis.
Exterior in contemplatione humanitatis.
Propterea enim deus homo factus est ut hominem totum in
 se beatificaret. ut tota conuersio hominis
 esset ad ipsum et tota dilata esset in illo cum
 a sensu carnis uideretur per carnem et a sen-
 su spiritus per dei contemplationem. **H**oc erat
 totum bonum hominis. si uingredetur siue
 egredetur foras in suo creatore ut pas-
 tua inueniret. **P**astua foras in carne
 saluatoris. **P**astua interiori in deitate cre-
 atoris. **H**ec in libro de spiritu et anima
Et hoc non dicitur. quod sancta trinitas quae
 unus deus a nemine in hac uita comp-
 hendi potest. **I**n celesti uero ab electis et sanctis
 apte uidebitur et agnosceretur. **D**e hoc Augustinus
 alloquendo dominum in quodam tractatu qui
 speculum dicitur. sic ait. **E**is in hac uita
 positus uel cristallino pertore sufficit
 penetrare tantisper trinitatis mysteria.
Quod pater et filius et spiritus sanctus tres personae
 estis et una natura. **Q**uod tu pater dixeris
 ingenitus. filius genitus. spiritus sanctus nec
 ingenitus nec genitus sed procedens dicitur.
Quod filius de te patre natus est. et spiritus
 sanctus de te procedit et filius. **Q**uod fili-

nascendo nō procedit: Spūs scūs pro-
cedendo nō nascit. **Quō** filius nō de se
sed de te ē. nec tñ tu ē postea de quo
ē. **Quō** spūs scūs de te procedit & filio, nō
tñ a vobis p̄scandit a quibz procedit.
Quō tā vnū estis et vnū trīa. **Quō**
iūce rlatiē trīa estis cēnāliter vnū.
Quō trīs et vnū deus vbiq; es et nō
p̄tulatū vbiq; es sed vbiq; totus vbiq;
p̄ns sine situ motu et loco. **Es** ista ro-
go confidet. q̄s hec comprehendat. q̄nta-
libz p̄bitate vel scā p̄dur. **Hoc** tñ i spē
promissionis r̄p̄tū ē. q̄ vīdebūz te
dnē. et tanto vnusquisq; p̄ficiatū
quāto hīc vixerit purius. q̄ mūdi corde
teste scriptura deū vīdebūt. **Apte** nāq; vī-
debūz cūcta mētis iā detersa caligine.
quō filius qui oriēdo ē ē o p̄r de quo orit̄
subsequēs nō ēēt quomō sp̄s āborum
qui p̄ processioē p̄dur a vobis p̄ferē-
tibz nō p̄itur. **Quō** et vnū diuisibilit̄
trīa et trīa indiuisibilit̄ vnū estis. **Visa**
n claritas ad patefām nobis tue ma-
iestatis sp̄m: purū amātis intūitū
mentis rapiens subleuabit. **Cūc** nūm-
rū visio nūc fide inchoat: s̄ tūc i spē
p̄ficiet. **Non** ibi vllis indigebūz
mysterijs. cū facie ad facē vīdebūz
te. **Nō** nos latē tūc nō poterit. q̄n tu
deus nē vita vīcētū te nob clara vi-
sioē insinuabis. **Hec** Aug. **Conside-**
randū etiā q̄ i illa celesti p̄ria vnus-
quisq; mercedē p̄riā accipiet sed; suū
laborē et meritū. quia quāto quis i
p̄nta vita fuerit virtuosior & i caritate
dei p̄fectior: tanto eius glā i cēna vī-
bitioē erit copiosior. **De** hoc b. Greg.
m̄ moralū sup illo verbo P̄ius et
magnū ibi s̄. sic ait. **Quia** i hac

vita nobis ē discretio opm. erit i illa
p̄cul dubio discretio dignitatu. ut q̄
hic alius aliū merito supat. illic ali-
aliū r̄tribucōne t̄scendat. **On** i euā-
gelio vitas dicit. **In** domo patris mei mā-
hionēs mlte s̄. **Sed** i eis multis mā-
hionibz erit ipā r̄tribucōnū diuisitas
concordēs. q̄ tanta vis in illa pace no-
scciat. ut quid i se quisq; nō accepit
hoc accepisse in alio exultat. **Erūt**
cūctis b̄tūdo letitiē. quāuis nō vna
sit op̄nibz sublimitas vite. **H. Greg.**
Quia qd̄ nōndū q̄ tres s̄ status
sublimes homī quibz aureola debet.
Aureola n ē mentis sp̄ciale gaudi-
ū: veniens ex ope p̄cellenti et p̄uilegi-
ato. **Tribz** gō gnūbz homī ut dictū ē
debetur aureola. vīz martiribz v̄gū-
bz et p̄dicatozibz: qd̄ patet multiplici
rōne. **Primo** ex opibz excellentissimis
vīvū aīe. **Excellentissimū** aut op̄
rōnalis ē predicatio veritatis. **Ex-**
cellentissimū op̄ conaupisabilis ē
obseruatio castitatis vīrginal. **Ex-**
cellentissimū op̄ irascibilis ē p̄fessio
mortis. **On** p̄ q̄ p̄dicatozibz. m̄bz. &
v̄gūbz debet aureola. **Sed** patz
hoz nūc ex hostibz. quos p̄ pugnas
manifestas vincūt. qui s̄. mūd. caro
demonia. q̄artres n vincūt mūdū.
Vīrgines carne. **P̄dicatores** dyabo-
lū. **Tercio** patet p̄ victoriā tripli-
cū passionū. **Dūc** n passiones inate.
illate. et in cordibz alienis. **S. passio-**
nes inatas supant vīrgines. **Illatas**
vō m̄tires. **Illas** aut q̄ s̄ i cordibz
alienis vincūt p̄dicatores. **Ex** istis
gō collige possum q̄ tres s̄ gradus
excellētis p̄fionis sanctor. quibz

o

o

debetur aureola? et sumit s'dm effm
grē causante meritū excellentis pre
mij glorie penes sume arduū virū
aie ut pmissū ē; que s't rōnabilis
uasabilis et cōcupisabilis. Meritū
nāq; p'mij excellentis qntū ad sume
arduū v'tutis cōcupisabilis ē v'ginal
continēcia; cui debet aureola virginū
p singularē victoriā quā de tēne ob
tinet cont' quā cōtinuā bellū gerit.
Quāuis n' vidue vel continētes p'
pam pugnet cont' carnē. p'f'us tū
v'gines triūphant; q; nobilissimū
gen' victorie ē nūq; cessisse hosti. Me
ritū vō qntū ad sume arduū virtutis
rōnabilis ē p'dicacōnis doctrinā; cui de
bet aureola p'dicator; q; p'fectissima
victoria cōn' dyabolū obtinet' qn nō
solū a's dyabolo epugnātū nō cedit; s'
etiā de regno illius expellit nō a se so
lū s' etiā ab alijs. Meritū vō qntū
ad sume arduū virtutis vasabilis
ē pro xpō passionū et mortis tolerā
cia; cui debet aureola m' m q' sumā ē.
Quia s'dm b' Greg' Ad magnam
claritatē que i' r'gno xp'i aspicit' p'
effusione sanguis venit. Rā mē omēs
passiones illatas exterius p'apue
mors tenet locū. Non solū aut' h'j s'ā
q' has p'rogaruas a d'no cōstrui sūt.
vni etiā omēs b'ī et cl'i cuiuscūq; sta
t' sūt q' p' finale iudiciū et r'surrec
tionē ad gloriā celestē assument'.
gaudebit' inenarrabili iocūditate
mētū. Gaudebit' nūq; sup se de dei
visioē; infra se de celi et aliaz crea
turaz pulchritudinē; int' se de corpis
et aie gloriā. Extra se de ange
loz et hom' societate. **De** hac etna

felicitate b' Aug' sic dicit. **O** vita vi
talis dulcis et amabil'. vbi sumā secu
ritas. secura t'quillitas. t'quilla io
cūditas. iocūda felicitas. felix et'ni
tas. et'na b'titudo. et b'tā vita s'ī fine
visio atq; laudatio dei. Ibi affluēcia
diuitiaz. Influenā deliciaz. confluen
cia om' bonoz. **Hec** Aug'. Ad has
delicias tā felices. ad hanc r'fectionē
tā desiderabile quā deus p'parat suis
electis. b'ts ē qui puenerit. q; xps dei
filius et'nas epulas illis ministrabit.

De hac mirifica ref'one b' Ber'
sic ait. **O** iuitatio amicabil'. **O** refer
tio desiderabilis. **O** inebriatio exopta
bilis. vbi dapifer ē dei fili'. p'mēna
spūs s'ūs. vbi in h'itacōe s'ā mē et v'
go intemperata t'nsit et m'istrat' disai
benit'z. **Hec** Ber'. **De** p'nis etiā
at felicitate et'ne p'ie. **Ide** b' Bern'
i tractatu de miseria hoīs. sic dicit.
Premiū ē vidē deū. v'ue cū deo cē
i deo q' erit oīa i oībz. h'ie deū q' ē sū
mū bonū. et vbi ē sūmū bonū ibi ē
sūmā felicitas. sūmā iocūditas. vera
libertas. p'f'ā caritas. et'na securitas.
et secura et'nitatis. Ibi ē vera leticia.
plena s'ā. et oīs pulchritudo et b'tū
do. vita p'hēnis. requies et cōcordia
dulcis. **Sic** cū deo b'tus erit. i cui' con
s'ā p'am iuctū nō fuerit. **V**idebit' n'
eū ad voluntatē. h'ebit' ad volupta
tē. fruet' ad iocūditatē. i et'nitate vi
gebit'. i veritate fulgebit'. i bonitate
gaudebit'. **Sicut** h'ebit' p'manēdi et
nitatē. sic cognoscēdi facultatē et
r'quiescēdi securitatē. **Cuius** siquidē
erit ill' s'c' trinitatis aui' angeli sūt
ciues. **O** ciuitas celestis. māsis secura

pria totū continēs qđ delat: papul
 sñ murmur. incole quieti. homines
 nullā indigētia hñtes. **Q**đ glorioſa
 deā sunt de te ciuitas dei: sicut letānū
 om̄i habitatio i te. Om̄is letant̄ i deo:
 in aspectu pulcher. et facies decora. elo
 quū dulce. **D**elēbilis ē ad videndū:
 suauis ad habendū: dulcis ad p̄fru
 endū. **I**p̄e p̄ se placet. et p̄ se sufficit
 ad meritū. sufficit ad p̄mū. nec ex̄t
 illū quiddā aliud q̄ritur: q̄ totū i illo
 iuenit̄ quiddā desiderat̄. **D**emp̄ libet
 illū asp̄it̄: sp̄ h̄re. semp̄ in illo delēari.
 et illo p̄fru. **I**n illo clarificat̄ intel
 lectus. et purificat̄ affectus ad cognoscē
 dā et ad diligendā vitatē. et h̄ ē totū
 bonū hoīs. nosse viz et amare creaturē
 suū. **V**idebim̄ et videbim̄ qđ dul
 cis ē dñs. et qđ magna multitudo dulce
 diuus eius. **C**ognoscem̄ p̄as potētia
 ā: filij sapiāz sp̄is s̄a benignissimā
 clemētia: et ita habebim̄ illius sū
 me trinitatis noticiā. **N**ec erit sūmia
 illius felicitatis. qm̄ intelligit̄ i suo
 puo ēē sincera diuinitas. **P**h̄ditur
 incōprehensibil̄ trinitas. patebit̄ ar
 chana diuinitatis. videbit̄ et ama
 bit̄ deus. **H** visio et dilas totū cor
 hominis iplens et satians totū erit
 illius b̄titudinis cōsumacō. **O**na erit
 om̄i lingua. iubilatio m̄fessa. vn̄
 affis amor et̄nis. **P**atebit̄ veritas.
 iplebit̄ caritas. et erit inteḡ corpus et
 aut̄ societas. **F**ulgebit̄ sicut sol huāni
 tas glorioſata. q̄ erit concors carnis
 et sp̄is caritas. **A**ngeloz et hom̄ v
 nū erit gaudiū. vnū colloquū vnū
 cōuiuū. **N**ō laquebit̄ amor. nō lique
 fiet dilas. p̄ntibz om̄ibz bonis nulla

erit dilacōnis affluctio. qm̄ b̄nfica di
 uine maiestatis p̄nāia om̄ibz erit
 oīa. **I**n torrente illuz voluptatis nich
 il appetet vlt̄ accumulata satietas. vbi
 et̄ne erit felicitatis superminēs glā
 sup̄habundās letitia. **H**ec **B**ern̄.
Cu igit̄ hoīs sūt p̄ucturi ad celestē
 p̄nāia et silēs effūri āgelus dei. **P**gru
 ū ē ut de amore illoz quo et̄naliter
 ferūt̄ in deū aliqd̄ videam̄. **H** q̄nis
 silēs actus caritatis neq̄q̄ nos ex̄tē
 i hac vita possum̄. **I**n unitari eos
 aliql̄t̄ qm̄tū n̄ā fragilitas p̄mittit
 i dei amore studea. **D**et̄ p̄mo sc̄e
 dū. q̄ amore diuinū angeloz intel
 lige optet̄ im̄aliter. qui ē sup̄ mētē
 et desiderū indeclinabile i aliud. et
 irremissibile a p̄po feruore diuine
 tēplacōnis. ac p̄ excessū om̄is s̄be i
 solos sponsi āplexus tendentis. et nul
 la anxietate afflucti. ut accidit̄ in desi
 deris carnaliū voluptatū. quarū
 appetit̄ plenḡ ē anxietate et p̄nāia.
 p̄pter qđ ip̄i angeli pure et singula
 rit̄ deū desiderant. et nichil ē qđ eos
 possit̄ ab ei amore reuocare vlt̄ et̄ar
 dare. **E**t q̄ deus ē sp̄ vniformis eq̄lit̄
 bon̄ et pulcher. etiā qui in se h̄z sim
 plicissimē oem̄ sp̄em̄ desiderabile. ut
 sapiāz. bonitatis. pulchritudinē. eter
 nitatē. oīpotētia. **S**ed̄m̄ oīa h̄ ē to
 ty desiderabilis. **I**deo plenarie et irre
 uocabilit̄ i se trahit̄ om̄i suoz. icon
 prehēsoz desideria oīa. **V**n̄ āgelū ex
 rōnis habūdācia scientes id qđ appe
 tit̄ s̄ oīa ēē desiderabile. **I**deo amor
 puo et nō i aliud tendētē i illud sū
 mū lumē ita fortit̄ et iāntibuliter
 intendūt. q̄ ista potētia iūterno a

T

nulla potentia mutari potest vel impe-
 di. Et nondum quod in sacra scriptura
 non inuenitur amores angelici distincte
 dicitur. non de seraphim. De quorum amore
 Dionysius in 6^o vniuersali angelice hierarchie
 ponit quatuor gradus sui proprietates. ita
 dicens. mobile eorum semper circa diui-
 nam et incessabile et calidum et acutum
 et superfluidum. **U**bi dicitur gloriose in
 tacio huius nominis seraphim significat
 vel calefacientes uix nates proprietates
 ignis qui incendit et calefacit. nobis
 significat septimam mobilitatem scilicet
 illam circa diuinam et incessabilitatem et
 caliditatem. et acutum ac excedentem feruorem
 esse septime moribus eorum in deum quod attri-
 tissima est et irremissibilis et in aliud de-
 siderabile nunquam declinat. **H**ec verba
 occultissima sunt. ideo synononem comen-
 tator exponens ea ita dicit. **A**d hos
 deformes huius tam excelsos et a-
 nam infinitate longinquos ac visui
 nostro tam absconditos exponentes. omnino
 mundus sumus. **V**erisile non est hoc esse
 de archanis verbis que paulus in rap-
 tu suo audiuit. quod quibus homini non licet
 loqui. hoc tamen Dionysius quod specialissimo
 discipulo et quod celesti concilio locutus est.
 que iste ut estimo non dicit omnibus sed
 puritate intelligentie et diuinis il-
 luminacionibus et gratia preilegatis ac
 per hoc ut supra hominem eleuatis de-
 creuit gratie. **H** synononem. **P**rima
 igitur proprietas vel gradus seraphici amo-
 ris secundum Dionysium est spiritus mobile. **D**e quo
 comentator synononem et hugo comen-
 tator ibidem concedit dicitur. **A**uctor
 volens manifestare proprietates amo-
 ris quo feruent seraphim. sicut etiam
 significauit per ignem sic eorum deformes

proprietates huius significauit per ignem
 proprietates ignis namque proprietates sunt. sem-
 perina non interrupta mobilitas. calidi-
 tas acume. penetratiuum acutum et super-
 feruidum. **E**andem igitur proprietatem quam dicitur
 motus amoris. ut estimo significat ac-
 tionem et amacionem non interruptam nec fi-
 nitam quiete vel pausacione ab agendo.
Quia in alia esse potest amoris motus non sit
 actualis celestibus substantiis non sicut in
 nobis quibus quiescat aut finit. sed semper
 tunc agit. existens intenta ut non desis-
 tat aliquando ab agendi motione. ac per
 hanc intentionem irremissibilis ab a-
 mandis intencione. et indeclinabilis seu
 inflexibilis ab amando ordinata ama-
 tum. et indeclinabile ad aliud aliquo inor-
 dinate amandi. **D**e hoc etiam gloriose super
 eodem vniuersali caelestis hierarchie sic dicitur.
Quia igitur deus caritas est. et quoniam cari-
 tas ex deo est. homo autem et angelus ad yma-
 ginem dei facti sunt. **Q**uid si ista dilectio
 defuerit. totus ymaginis species figuram
 soluet. **E**rgo deus caritas est. sicut
 ille est apud deum caritate participans. etiam aut
 caritate maxime viget in primo ordo an-
 gelorum. vniuersali et seraphim et ardentes ap-
 pellantur. **I**nterpretacio igitur nominis sera-
 phim insinuat mobile semper eorum. id est
 quod spiritus mouetur circa diuinam. **N**am uigilant
 flagrant et ardent ineffabili dulcedine
 diuini amoris. et circa dilectionis aut
 affectionem est quoddam delectabili mouentur.
Mobile ergo eorum. vniuersali vehementissimi a-
 moris insinuat. **V**niuersali et ipsum nomen
 eorum de quo nunc sermo est seraphim
 et incendium dicitur. **N**am et de ipso omnium
 auctore scriptum est. **D**eus nunc ignis consumens
 est. **D**eus quippe ignis dicitur. quod flamma
 sui amoris mentes quibus replet in

2

incendit. Et seraphim dicuntur dicuntur
incenduntur. quoniam hec potestates ei proxime super
ceteras inestimabilis dilectionis eius sunt
se se. Hec gloria. **S**ecunda pietas sicut gra-
dus seraphim amoris. e ineffabile vel
infinibile. et hec pietas differt a p.
sicut dicit commentator Lynconicus. Et id
dicit ratione dicitur. Hec pietas sicut mobile.
tollit interruptionem motus in amatores.
Et h^o aduictu ineffabile vel infini-
bile. tollit tractationem durationis. Vel forte
per hoc quod auctor dicit ineffabile vel i-
finibile. intendit exprime hanc pietatem
amoris ad similitudinem pietatis ig-
nis. vix quod ignis non habet terminum in agendo
dum inuenit auctam materiam in qua potest
accendi. sicut sicut accendit in maius. Sic amor
et eius actio non habet terminum in agendo dum
inuenit materiam auctam in qua possit transi-
re. Deus autem infinitus e. quod infinite sa-
pientie. potentie. bonitatis. iustitiae. misericordie.
et sic de alijs de ipso dicitur. Ignis amor in
ipsum transiens sicut inuenit auctam mate-
riam. in quantum naturaliter aptus natus e transi-
sive. et ignis qui e amor aptus natus
accendi. Amor igitur et amoris motus
in diuina. terminum non habet in agendo. Signi-
ficat ergo per mobile sicut septuaginta p-
uas interruptionem et durationis intractationem.
P ineffabile uero seu infiniabile amo-
ris et amatores. signat augmentabi-
litas p-uas cum augmentacionis seu i-
tentionis et magnitudinis. ut verus
e consuetus sermo quod dicitur. Ardus
amandi deum e quod sit sicut mensura
Vn motus illorum spirituum summe diu-
nitati appropinquanciu ineffabilis
dicitur et intractabilis et inflexibilis.
quod a se per amorem desiderium in deum tendens
et mobilis sicut e ut nunquam in se subsistat.

et intenta ut in illum purgat. et intima
ut ad exteriora non effluat. et inflexibilis
ut ad aliud extra ipsum et per ipsum non
diuertat. Mobile namque ad inquisitionem
excitat. Ineffabile uero ad perseueran-
ciam consummat. Hec Lynconicus. **T**er-
cia pietas vel gradus seraphim amo-
ris e calidum. Nam caritas eorum frigiditate
nescit. quod tam valido amoris igne calet
ut nunquam in eis ebetudo mentis locum
habeat. quod ipse tam feruente tam subtiliter
diuinitatis amore inflammati illumina-
ciones eius primi suscipiunt. De hoc cali-
do. Hugo sic dicit. Tertio in loco me-
nunt ponit calidum. quod sicut mobile
precedit ut ad inquisitionem excitet. et inef-
fabile sequitur ut ad perseueranciam con-
firmet. Ita calidum sequitur ut ad sen-
sum uiuificet. et acutum ut ad comprehen-
dendum penetret. et ultimo superferui-
dum sequitur. ut adhesionem et amplexum
quietum manifestet. Hec hugo. De pie-
tate seu ardore seraphim etiam b. Gregorius
in quadam omelia sic dicit. Seraphim
vocantur illa sanctorum spirituum agmina. que
ex singulari propinquitate conditoris
sui incommensurabili ardore amant. Sera-
phim namque ardentes vel incenden-
tes vocantur. Erue quod ita deo conuicta sunt
ut in deum et hos nulli alij spiritus int-
sint. tanto magis ardent quanto hunc
vicinius videt. Quorum perfecto flamma
amoris e. quod quod subtilius claritatem
diuinitatis aspiciunt. eo validius in
eius amore flamasunt. b. Gregorius.
Et quod celestis patet spiritus in dei amore
sicut flagrant. ideo incessanter gustat quod
suauis e dominus. Nam patet dicit Rychardus.
Amor e dulcedo saporis intimi. Vn
quato quis ardenti amat. tanto suauis

2

gustat. Et cingulū quo cingit̄ amara.
 ē gaudiū sp̄s. quia ubi amara ibi sp̄s.
 et ubi sp̄s dilaō ibi gaudiū. **Enā**
 hoc notandū. qd̄ gaudiū et desiderium
 b̄tōz sp̄m̄ ē incessabile et et̄nū. quo
 r̄ū enā desiderū ē s̄n̄ labor. qd̄ deside
 rū s̄aetas comutatur et s̄aetant̄
 s̄n̄ fastidio. quia illa s̄aetas ex deside
 rio h̄ accendit̄. Est itaqz eis delcābi
 liter impressa sitis s̄m̄l̄ atqz s̄aetas.
Longe abest a s̄i s̄aetas. longe a sa
 cietate fastidiū. qd̄ et s̄aetantes s̄aetā
 tur et s̄aetati s̄aēt. **Quarta** p̄petas
 vel gradus seraphica am̄as ē acutū
Cid̄ exponēs Hugo cōmētator sic dicit.
Acutū significat quēdā impetū amo
 ris et vehemētiā ardentis desiderij
 penetrantis. ut ubi sit ubi ē ip̄m̄ qd̄
 amat. et cū ip̄o et in ip̄o. ut nō solū
 ab illo calidū sit sed t̄ns̄eat acutū i
 ip̄m̄. **Poterat** n̄ calidū ēē et q̄i delo
 ge calefieri. au h̄o satis ēēt amara. **Et**
 nō erat iste amor p̄fect̄ n̄ acutū fa
 ceret sibi n̄ t̄ns̄iūt orā n̄ penetrēt. p̄
 mo potius ad d̄ilem̄ iret. **Si** n̄ in di
 lectū nō vadis. adhuc foris amas
 nec acutū h̄re dicitis. s̄ ebens n̄ tor
 pens diuis̄. **Et** manēs ex̄ et alius.
 vnū cū illo nō efficiēs. **Amor** autē
 vnū te vult facē cū ip̄o. et idcirco pe
 netrat n̄ p̄p̄nquat q̄ntū ut ad vnū
 ip̄m̄. **Pr̄** p̄p̄ha aut. **Ubi** erat ip̄petas
 sp̄us. illuc gradiebant̄. **Impet̄** acu
 tū ē. **Acutū** vō nō quiescit. donec in
 tret et penetrēt et dicat. **Tenui** cū
 nec dimittā. tū donec introducā cū
 i domū matris mee. et in cubiculū
 genitricis mee. **Tū** n̄ ip̄e ad te inḡ
 ditur q̄n̄ amor illi cor tuū penetrat
 et ad int̄mū cordis tui dilaō illi

ptingit. **Igit̄** tu t̄p̄m̄ ad te introducā
 to. nō solū in domū tuā qd̄ hoc nō est
 magnū magnē dilaōm̄. n̄ vsqz ad tha
 lamū p̄ueniat et cubiculū ingrediat̄
 et vsqz ad int̄mū penetrēt. **Et** in int̄
 mis tuis requiescat. **Acutū** ḡo penetrēt
 oīa n̄ ip̄etū sequēs ardentis desiderij
 sui. nec dissilare valens donec ad a
 matū p̄ueniat et corp̄o ampl̄ ad
 huc s̄aēt̄ m̄re ad ip̄m̄ et cē cū ip̄o.
 et tā p̄p̄ ut si h̄ possit hoc idē ip̄m̄
 sit qd̄ ip̄e. **Quid** nō acutū valde ē
 hoc omnia penetrēt. et ad int̄mū m̄re.
 nec ip̄elli posse aliq̄ virtute. **Cis** inḡ
 apl̄s sepabit nos a caritate xp̄i. **P̄**
 secutio an fames. et m̄ltaqz ip̄edimēto
 ēē potuissent si dilaōm̄ obstuissent.
Dilaō aut qd̄ acutū habuit teneri nō
 potuit. s̄ p̄t̄ns̄iūt et penetrūt euadēs
 libere et t̄rens ad desiderū suū. **Hec**
Hugo. **Quinta** p̄petas seu ḡdus
 seraphica amoris ē superferuidū. **Cid̄**
 lynconien̄ exponēs. ostendit p̄mo
 qd̄ sit feruidū. et qd̄ sit superferuidū.
Dicit ḡo sic. **Ferue** dicit̄. que ip̄presso
 calore h̄r̄sū sup̄ se ferunt. et p̄po pon
 dē in se iradūt. **Huius** sup̄ se eleuatio
 nis et i se irap̄s. v̄n̄situdinariae fer
 uē dicit̄. **Huius** itaqz viri q̄ ex accepta
 sp̄s s̄a gr̄a sup̄ se efferūt in deū. ex p̄po
 ponde r̄cadūt i se ab actuali sup̄ se
 eleuatiōne. **Hec** v̄n̄situdinantes p̄nt
 cōgrue dici sp̄i feruentes. **Et** q̄ i hoc
 superminēt superferuidi s̄. **Et** ques
 tio orit̄. si angeli quoz amor des̄p̄
 i deū nō tepesat aut imittit̄ aut
 aliquo mō nō declinat ab ip̄o. quō
 dia possūt feruentes. et si feruentes
 dita nō p̄nt quō superferuidi dicunt̄.
Respondet lynconien̄. qd̄ p̄t̄ d̄i. qd̄

donec pueniat
ubi amat.

C²

D²

hanc da ignis ipius i creaturas e
 velut vespe. sic amor i se e eleuati
 or. et amor ipius m creaturis e de
 pressior. et in hoc utroqz ipius amoe
 sese naliu adiuue consequete qz qda
 viassitudinatio feruor e spualis. au
 emunecia ee m tmo possibilis sibi i
 tensionis. **Vel forte pt dia q amor q**
angeli deu aplerant superuud est:
 qui mtens ad hmu no lentesat ne
 qz emittit. sed imobilitate prestat m
 tentionis sue sumitate. **Hec linconio**
Hugo vō comentate expones p
 dictu verbu f superuudu dicit. **Amo**
net nos her res aliqd maius cogitat
de superuudo. qz de calido et acuto.
Profas n: qm id qd feruet quada ca
loris et incendij sui violētia iactat
ex se. totalit qz sup se. et facit motus
magna iuisibili estuatiōe. qd n pus
acutu fuit m dilcōne. obsistētia vā.
penetrās superuudu fit iā buliens
i seipo stare nō valens. Acutu enī
amoris ē. cū omia trāscendendo des
piciat. Superuudu aut. cū etiā seipm
contēpando relinqt. Nā ille q hoc
solu appetit qd amat. i illi cōparōe
etiā seipm despiciat qd amat. Neg. n
vē id solu appetit. si vel seipm cū illo
amaret. Nō aut hoc facē pt i mō
na et singularis dilcō. ut p amore
illi qd solu diligit. etiā ille q amat
quodamō a seipo despiciat. fit er
go mūo mō. ut dū p dilcōnis ignē
i illū sustollit qz e sup ipm. p vni
amoris expellat et creat a se. Quō
ergo feruet et quō bulit corde. qz p
ceptū supm amoris ignē dū m
illū solū qui surū ē appetendū fert

cogitacōe et desiderio ee se prouitue
 et sup se eleuat. nec se cogitat dū
 illū solū amat. **Hec hugo** **Et no**
tandū prout dicit Glō sup eodē vñ
ra° celestis jerarchie. qz qnto sera
phim vicinūs claritate dei aspiciūt.
tāto māifestius que i creatura fuit
penetrabiliter vident. Aspicentes enī
mīrūseptū oīā cōtinētē. oīā i eius
visiōe conspiciūt. Nā luce visiōis m
tine. mētis laxat sui. Cūqz i dei lu
mē rapit sup se. i mīraculibz apliat.
trinqz expandit iā deū ut angusta
sit ei omīs creatura. Nō solū autem
seraphim sed et quicūqz sū i illa cele
sti pūa omīpotentis dei claritate vi
dent. nullo mō credendū ē qz foris
fit aliqd qd ignozent. quālibz parū
de luce creatoris aspexerint breue sit
oē qd creatū ē. Nāqz m deo rapti vide
sū difficultate pnt omē id qd ē mfra
deū. Cū ergo facultas her omībz
sit deū cernētibz. Seraphim tū cam
specialit obtinent. sicut et omēs an
gelici spūs amoe creatoris cōit ar
dent. Et tū pnt irōpabile caritatis ar
dore. Seraphim ardentē dicunt. qz
ultra qd dicit vel estimari possit diu
no ardet amoe. Hec Glō. Qd aut
bī spūs videntes deū penetrēt et vi
deant omia que fuit i creaturis. etiā
bīs zbern) sic dicit. Celestis illius
curie lapides viuī ac rōnabiles vi
angelici spūs. diuinus mētis consi
lys. A trinitatis mysteria noūt. au
diūtqz vba ineffabilia et que non
lucet homini loquit. qnto n pl) vidēt
tanto pl) intelligūt. et qnto plus ag
noscut tanto pl) diligit. Verū dū

E

plura coheret sibi lapides illi glutino:
 ignicōnis plene. et p̄f̄e dilacōnis. Ta-
 to siquidē maiore dilacōne ad se uicē
 copulant. q̄nto ip̄i dilacōni que deus
 ē uicioras assistūt. Sed nec ulla se-
 parat eos ab inuicē suspicō p̄t. ubi
 nichil oīno q̄d sit in altero alim late
 patit penetrās oīa rādus ueritatis
 Cū qui adhēt deo un⁹ sp̄s ē cū eo.
 nichil dubiū q̄n p̄f̄e adhētēs ei
 b̄ti sp̄us. cū eo p̄t̄e + in eo penetrēt
 uiuūsa. **H**er. **U**bi etiā notandū
 q̄ nō solū hęc p̄tates quas describit
 Dionisi⁹ uiz sup̄feruidū p̄tinet ad se-
 raphim. uicē ad omēs sp̄us celestes.
 q̄ p̄f̄erūt uisioē dei. q̄ et ip̄i mouent
 sū cessacōe et inmissioē in amocē sui
 creatoris. et hoc acute et feruēt. nō tū
 equali mō. quia digniores et magis
 p̄miores deo. put s̄t Seraphim et ce-
 teri ordines sublimiores angeloz. sc̄oz
 suā dignitatē et excellenciā quā a deo
 h̄nt. feruētius sc̄dm pl̄ et min⁹ et ar-
 denti⁹ ferūt in sui conditoris felicissi-
 mū amocē. Hoc idē intelligendū est
 etiā de omibz s̄is et b̄tis. q̄ p̄ i sur-
 rectionē gnālē et gloriacōne corp̄m
 ad etiā gloriā s̄t p̄uenturi. s̄t et ip̄i
 sc̄dm pl̄ et min⁹. put i p̄nti uita fue-
 rūt uicioras. et in dei caritate fer-
 uētiores. mouebūt et feruēt inaccessōe
 et sū inmissioē absqz omū obstaculo
 et impedimēto etnaliter i amocē dei. ac
 cū angelicis sp̄itibz etiā illā felici-
 tate possidebūt. Et sic h̄em⁹ de gradi-
 bz et p̄tētibz seraphina amocis. put
 p̄ doctores dia potuit. **E**t q̄uis de
 gaudio p̄tē celestis multa i sacra
 scriptura habcant. et p̄ doctores factos

in diuersis libris ac tractatibz ponā-
 tur. nullo mō tū illa ineffabilia bo-
 na. put ueraciter sūt aliquo sermōe ex-
 plitari p̄nt. Nec etiā mīmū gaudiū
 q̄d b̄tē aūe in regno celest̄ possidet. ali-
 q̄s i p̄nti uita potuit intelligē p̄t. q̄n-
 to min⁹ uerbis enarrare. **U**n b̄ aug⁹
 s̄t uē desiderans b̄tē gloriā auarū?
 de hoc uolebat scribē. **E**plāz b̄tē Ihero-
 nimo q̄ iā fuerat egressus de corpōe et
 celestibz gaudijs sociat. q̄d de hac mā
 sentiret. ab eodē b̄tē Iheronimo i uisioē
 miracula informacōne sup̄ hoc habuit
 et enū. De quibz uisioē et r̄sō. Idem
 b̄ Aug⁹ i **E**plā ad Cyrillū sic dicit.
Dū p̄pone i cella mea i quietacōe a-
 uide cogitacōis qualis inest auābz b̄tē
 rū q̄ cū xp̄o gaudet glorie et leticie q̄n-
 titas. cupiens in ex hac mā breuē
 cōponē tractatū. Carta calamo pugil-
 lariqz i manibz susceptis. breuē uelle
 scribē. **E**plām sc̄ssimo Iheronimo des-
 tinanda. ut quidquid ex hoc sentiret
 r̄nderet. **S**cribā etiā in tā difficali q̄ne
 a nullo alio uiuētū me posse euiden-
 tius edoceri. **C**ūqz iā scribēs salutatio-
 nis exordiu. Iheronimo ineffabile lu-
 mē subito uisū tempibz. uis q̄
 linguis mūne declarandū. cū ineffa-
 bili iauditacōe odorū om̄i fragranā.
 cellulā in q̄ stabā inuēt. hora iā com-
 pletorū. **I**nt̄ hęc aut̄ meīs me p̄strepe-
 tibz cogitacōibz quid hoc cēt de luce.
 hęc dices uerba. uox emicuit. **A**ugus-
 tine quid q̄ris? **D**ucas ne braui in-
 mitte uasculo mare totū. braui indu-
 de pugillo t̄rarū orbē. celū firmare
 ne uisitaros c̄reat aurf? **Q**ue ocul⁹
 null⁹ hoīm uide potuit. tu⁹ uidebit?

p̄notare?

que auris nulla p̄ sonū hausit audi
 et tua. que cor huānū nullatenus
 intelligit nec etiā cogitavit. existimas
 te posse intelligē? Infinita rei quis
 erit finis. Infinita qua mēsurā mea
 eris? Vocas totū mare ī artissimo
 claudēs vasculū. vocas terrā orbē p̄
 uis tenēt pugillū. vocas a motu
 tinuo celū desistere. q̄ gaudiorū et gl̄e
 quibz b̄tāz aut sine fine potuit mi
 norē intelligeres p̄ticulā. n̄ vti ego
 experientia doceris. Discurre adhuc
 breue t̄pis spaciū. impossibilia face
 ne coneris. donec impleat vitæ tue
 curſus. **Hic** nō q̄ras. que nō alibi nisi
 quō tā felicitatē. p̄p̄ro. inueniri possunt.
Hic satage talia exerce opa. ut p̄
 modū ibi. que aliquantū cupis. tota
 lit̄ meternū habeas. **Inde** q̄ intrant
 nullatenus exiūt. **Hec** verba **Theroni**
ni ad Augustinū. **Beatus** etiā
Bernardus enuātis quibusdā gaudijs
 celestis p̄t̄. ultimo concludit neq̄
 q̄ posse illa ī cor hominis ascendē. ita
 dicens. Om̄s h̄itantes celestis ihe
 rusalē letissimū et iocundū. q̄ leticia
 sempiterna sup̄ capita eorū. gaudiū et
 exultationē obtinebūt. Non erit ibi
 neq̄ fletus neq̄ luctus neq̄ dolor neq̄ lang
 uor. s̄ nec seruū nec t̄rre hostiū. s̄ vna
 vox letantiū. vn̄ ardor cordiū. **O** q̄
 securi. q̄ sedet in pulchritudine patris
 et in tabernaculis fiduciat et r̄que o
 pulēta. **O** opulētia nimis multa et
 eternitas. **Quiddā** delat̄ ad votū adest.
 quiddā contristat. paul̄ abest. **Ibi** sonat
 uigil̄ organa sc̄oz. **Ibi** dulcis sympho
 nia r̄sonat musicorū. **Ibi** angeli et ar
 changeli p̄nū deo decantāt an̄ thro
 nū dei. **Ipe** n̄ deus populo suo ē ibi ser

tū exultationis et corona letitiæ. **Ipe**
 eorū merces. **Ipe** pastor et pascua. **Ibi**
 pascunt nec fastidiūt. fruūt̄ nec defi
 ciūt. s̄ sp̄ frui magis ac magis fruūt̄
Et n̄ eis n̄c̄ ois iocunditas. ois sua
 uitas om̄s ubertas. et ut breuiter
 dicam. ē eis om̄ia in om̄ibz. **O** quā
 dulcī corā deo resonāt cantica can
 ticoz. **Audite** hinc inde. **Magnū** d̄ns
 et laudabilis nimis. **Et** dicam. bre
 uis. **Non** ē ibi locus ubi nō cantet̄
 canticū letitiæ. et p̄ om̄s viros eius
 ab vniuersis dicat̄. **Laus** honor et gl̄a
 b̄ndictio et om̄s gr̄az actio deo n̄c̄
 ī secula seculorū. **Amen**. **Hec** vidim̄
 et loq̄mur vtrūq̄ velut ī p̄bolicis. sed
 ea que ibi in veritate s̄t nec oculi vide
 nec aures audire ne vniq̄ ī corda ho
 minū ascendē potuerit. **Hec** **Bernardus**.
Hec igit̄ celestis p̄t̄ bona p̄ fide et
 caritatē dei ac cetera opa v̄tuosa ac
 quiri p̄t̄. s̄ q̄nta sunt estimari nō
 p̄t̄. **De** hoc **Augustinus** sic dicit. **Extendat**
 aīa cupiditatē suā. et sinu capaciore
 q̄rat cōprehendē qd̄ oculi nō vidit n̄
 aures audiuit nec in cor hominis ascē
 dit. **Desiderari** p̄t̄. suspirari ī illud p̄t̄.
 cogitari digne et verbis explicari dig
 ne nō p̄t̄. **Quiddā** vis cogita. quiddā
 vis exopta. si eēt cōprehensibile de
 sinet eēt laudabile. **Et** qd̄ dicam. fide
 nō attingit. spe nō cōprehendit. cari
 tate nō capitur. desideria et vota tr̄s
 gredit. acquiri p̄t̄ estimari nō p̄t̄. **Ibi**
 faciaberis cū p̄uenieris. s̄ te optz esu
 rive cū p̄gnans. **Et** q̄ nō genuit p̄
 gn̄ nō gaudebit aīus domesticus
O qualis p̄t̄. et miseri s̄t p̄gnantes
 ab illa. **Suspirem** et suspirio gema
 m̄. et ubertate domus ei iebriati illā

salute cordis desiderio attingam. Cuius
 potuit lingua sonuit. cetera mente cogi-
 tent. Et istis igitur verbis sanctorum
 doctorum colligere possumus quod gaudium eterne
 felicitatis nulla humana ratio compre-
 hendere potest. quanto minus sermo
 quis poterit explicare. Ad illa ergo
 festa celestis patrie omnium studio ac dili-
 gentia per vite sanoniam unusquisque
 potest valeat domino cooperante se debet
 parare. Ita secundum dominum beatum fulgentium.
 Arbores sumus in agro domino. et in sancta
 religione constituti. Deus autem est noster
 agricola. In qua via religio et si non
 possunt omnes arbores scilicet omnes fructus et
 religiosi equales fructus afferre. Nulla
 tamen in agro dominico. et in sancto ordine
 sterilis debet permanere. Unde laborare
 debemus omni sollicitudine ut in statu
 sapientiam et vere penitentiam aut in
 statu proficiantiam vel etiam profectum qui
 tres tractatus status in hoc tractatu
 pro parte descripti sunt. ante exitum mortis in-
 veniri valeamus. ut per hanc transituram
 vitam ad eternam mansionem et ad illa in-
 effabilia celestis patrie gaudia pueni-
 re mereamur. De quibus ineffabilibus
 gaudiis apostolus ait. Oculus non vidit
 nec auris audiuit nec in cor hominis
 ascendit. que preparavit deus his qui
 diligunt eum. Ad que inarrabilia eterne
 glorie bona producat nos dominus noster ihesus
 christus. Cui cum patre et spiritu sancto vivit et
 regnat deus per infinita secula seculorum.

A M E N

Explicit dialogus dictus Malo-
 granatum compilatus a quodam vene-
 rabili abbate Aule regie in Bohemia
 Ordinis Cisterciensis



د. ٣٥

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Quis meus Anima restitui et q. m. g. d. o.



Umbrarum in testimonio pro se
reddat: nec alienis testimonio
quibusq; aduincat; apud Deum
qui secreta cordis apparat;
Iuxta sibi quisq; sufficit: ut
et testimonium prohibeat ostent
malis.

Diffusa est gratia
tua.

Et n. et quod sicut as l n.
in labiis tuis. **Psalmus**

Et n. et quod sicut as l n.
a benedixit te Deus

Et n. et quod sicut as l n.
a benedixit te Deus

Et n. et quod sicut as l n.
a benedixit te Deus

Psalmus **Deus** lamentatus est.

Deus respicit te.

Emmanuel. Lamentatus est. **Deus**.

uabit in domo uultu suo. **Deus**
in medio eius non commouebit;
nullo tempore. **Saluum** in aetheri.

Dicit Dominus discipulis suis. **Quia**
tribulatio hanc similem est regni
celi. **Deus** uultus sui in
quibus accipiente laqueate
sue exercitum obuia spon
sa et sponse. **Et** respicit. **Deus**
tuis. **Deus** respicit te.

Deus respicit te. **Deus**
omnes dicunt uirgines. **Et**
tam in terra heritudo in
quia non omnes accipite. **Deus**

